 stulti de copula accusaverunt, viderunt gaudentes violationem matrimonii calumniatorum suorum. Quia pagani per errorem solem cum luna copulaverunt, ideo calamitas uxores et filias eorum cum captivatoribus copulavit. Quia igneis ludibrium illud intulerant, ideo ludibrium passi sunt a carnalibus. Quia garri- 180  
 rant, solem masculum esse, ideo ignominiam muliebrem subierunt; et quia lunam vocaverant uxorem, quasi feminae ludibrio habiti sunt. Pudet os, loqui de passione et ignominia, quam subierunt; aequae enim timeo rem enarrare aut silentio tegere. Mors enim aequae 190  
 et in sermone et in silentio indiscreto moratur. Melius tamen existimo, ut rem enarrem, quia domesticis loquor, ne forte cautio utilis, quae ex hac castigatione divina desumenda est, silentio obruatur. Puto enim, hanc ignominiam, quam viri in captivatione passi sunt, pignus esse irae venturae in impuros, qui turpitudinem exercent. Hujus enim flagitii per varias regiones homines incusantur; quae accusatio si vera est, certe 200  
 appropinquat tempus exitii. Multi enim, qui inter domesticos fidei numerantur, incusantur turpis masculorum concubitus, sicut gens Sodomorum. Mirandum sane est, quod Trinitas nominum divinorum manere potest in corporibus immundorum, qui post baptismum

- 210      חג פניא יקחא ובעתה .      עתה ובעתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .
- 220      עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .
- 230      עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .
- 240      עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .
- 250      עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .      עתה עתה עתה עתה .

251) In marg. annotatur : אהו מלכה עתה עתה .  
 עתה עתה עתה עתה .

tale quid perpetrarunt. Sed multo adhuc magis stupenda 210  
 est longanimitas Christi, qui non zelo commotus aufert  
 turpes, qui sancta ejus mysteria sumunt. Redemptor  
 enim noster per adventum suum filios nos fecit Deo et  
 attraxit genus nostrum, ut illud secum de terra in cœlum  
 extolleret. Scelesti autem reliquerunt magnitudinem,  
 in quam Christus eos elevavit, et se demiserunt infra 220  
 ordinem bestiarum et animalium. O quanta ingrati-  
 tudine Christum affligunt impuri, qui postquam morte  
 ejus sanctificati sunt, hoc se scelere macularunt!  
 Quod jam diluvium abluere poterit foeditatem regionis  
 nostrae, aut quae flamma tabem ejus expurgabit?  
 Quis medicabitur ei et quae medicina sanabit eam? 230  
 Deus factus est ei medicus, et tamen nondum conva-  
 luit. Non enim habet Deus aliam medicinam, quam  
 praestet nobis, praeter unicam, quam jamdudum tri-  
 buit per magnum adventum Unigeniti sui. Haec est  
 illa medicina, quae in initio vulnera nostra sanavit,  
 errorem e finibus nostris extirpavit, fidemque in iis 240  
 plantavit; postea autem haec medicina sanans omnia  
 egressa de loco nostro propagata est et sanavit populos  
 remotos ab aegritudine idolatriae. Per illam sanati  
 sunt Chaldaei a passionibus et ab adoratione signorum  
 zodiaci. Per illam juventutem recuperaverunt Elami-  
 tae, qui in idololatria inveterati erant. Parthi, cum 250  
 audiissent famam hujus medicinae, non exspectaverunt,  
 donec ea ad ipsos veniret, sed ipsi in Judaeam profecti  
 adoraverunt eam. Aurum, myrrham, thus Magi e



Parthia secum attulerunt, quae dona cum radice vitae commutaverunt eamque regressi in patriam importaverunt. Per manus eorum veritas propagata est inter Medos et Persas. Quid quod lex evangelica inferos et 260 superos pariter inclusit. Nos autem, qui praedicationem primi accepimus, revertimus ad peccatum nostrum prius, quod invidia sua nos ultimos effecit. Indicium peccati nostri sit nobis depraedatio, quae contra regionem nostram invaluit. Nam ob peccata nostra nos aggressi sunt captivatores, omniaque iis prospere successerunt secundum voluntatem ipsorum. Hi enim 270 homines miseri et nudi non quamlibet terram contempserunt, sed illud regnum, quod caput mundi est. Quondam enim regulus graecus, qui per hircum repraesentatur, duxit populum suum et egressus omnes gentes inferiores sibi subiecit, Assyrios et Chaldaeos, Persas 280 et Medos, Hunnos et Indos, cum ceteris linguis eorum. Nunc autem terra illa, e qua egressus est, tamquam particula exigua habetur regni romani. Et fines hujus regni Arabes invadere ausi sunt! Regnum romanum est quarta illa bestia, de qua scriptum est, quod comedit, conterit, tollit; nunc vero ob peccata nostra conteritur a debilibus. Incolae nostrae student direptioni 290 et fraudationi pauperum; nihilominus tamen contra Deum murmurant, quamquam suis peccatis poenam meruerunt. Tempore pacis blasphemant, tempore irae divinae Deum reprehendunt. In deliciis suis maligne, in castigationibus suis impie agunt. Delectantur superbia, gaudent blasphemia. Immo si angustiis excruciantur, blasphemii recreantur. Loricis ves- 300



310  
 320  
 330  
 340

310  
 320  
 330  
 340

titi aufugerunt a populo nudo, quia intra loricas furtum  
 et peccatum absconditum erat. Deus dixit, se surrec-  
 turum esse ob direptionem egenorum, ad restituendum  
 jus oppressorum et ad exterminandos praedatores. 310  
 Impii autem, quos ultra est justitia per captivationem,  
 rursus judicem reprehendunt, quaerentes causam ultio-  
 nis. Unus tantum erat Sennacherib, qui blasphemias  
 conscripsit et misit; sed quia exercitus ejus ipsi similis  
 erat, destructus est repente exercitus ejus. In nostra  
 autem regione quamplurima sunt ora blasphemii plena, 320  
 quibus auditores consentiunt, quia nemo zelo Dei com-  
 motus ea ulciscitur. Praepositi enim contumeliam  
 Deo illatam ulcisci debent, quemadmodum judices  
 contumelias regibus suis illatas ulcisci debent. Quando  
 imagini regis insultatur, zelus judicis commovetur;  
 sed quando Deo insultatur, ii, qui punire debent, neg-  
 ligenter silere solent. Beatos praedicare possumus 330  
 Assyrios, quia Angelus ultus est blasphemias eorum;  
 vae autem illi regioni, cujus peccata Deus per Arabes  
 punit. Exercitum bellatorum illorum una legio des-  
 truxit, nostram autem terram miserae legiones filiorum  
 Agar. Lascivia eorum nec ab hominibus, nec a bestiis  
 aequatur. Ferocitati eorum nec ea leonis, nec draco- 340  
 nis comparari potest. Delectantur ludibrio virorum,  
 insaniunt in violatione mulierum. Pueros et puellas stellae  
 Veneris immolaverunt. Utinam hi infantes tempore  
 pestilentiae sepulti essent! Magis exoptassent matres,  
 quae in hanc captivitatem abductae sunt, ut una cum 350  
 infantibus in brachiis suis a montibus irruentibus obru-  
 tae essent. Alter enim infantulum rapit et coram

350                      ?קח תעם תבא.                      ?שם עבא אכד תעם.  
                             ?ער תבוסה פאריסיה.                      ?עבד יהודא שנעם אנה.  
                             ?מר ימין מרוא סנהא.                      ?סמבדא אכסו נחפ תעם.  
                             ?אסרנא דער לאנסה דמריא.                      ?כמד פסולא נהי תעם.  
                             ?מריא סמבדא אר מא דאנדי.                      ?מריא מריא תעם פנסה תעם.  
 360                      ?מריא סמבדא פוסה.                      ?מריא פוסה דלעסו מריא דרי.  
                             ?סמבדא פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה דאסמבדא סמבדא.  
                             ?מריא פוסה.                      ?מריא פוסה דאסמבדא פוסה.  
                             ?מריא פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה.  
                             ?מריא פוסה פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה פוסה.  
 370                      ?מריא פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה.  
                             ?מריא פוסה פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה פוסה.  
                             ?מריא פוסה פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה פוסה.  
                             ?מריא פוסה פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה פוסה.  
                             ?מריא פוסה פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה פוסה.  
 380                      ?מריא פוסה פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה פוסה.  
                             ?מריא פוסה פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה פוסה.  
                             ?מריא פוסה פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה פוסה.  
                             ?מריא פוסה פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה פוסה.  
                             ?מריא פוסה פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה פוסה.  
 390                      ?מריא פוסה פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה פוסה.  
                             ?מריא פוסה פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה פוסה.  
                             ?מריא פוסה פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה פוסה.  
                             ?מריא פוסה פוסה פוסה.                      ?מריא פוסה פוסה פוסה פוסה.

370) In marg. מריא פוסה.

matre ejus immolat, alter vero matrem infantis ad  
 lasciviam cogit. Apertum est, quod dixi, omnia mortis  
 genera potiora esse, quam passionem illam, quam captivi  
 de nostra regione abducti perpessi sunt. Sed adhuc 360  
 pejor, quam ista captivatio erat accusatio impotentiae,  
 quam pagani protulerunt contra Deum nostrum fortem,  
 qui populum suum ob peccata ejus castigavit. Non  
 enim intelligunt errantes, hoc decere justitiam, ut casti-  
 get nos ob peccata nostra et dimittat nobis culpam  
 ob poenitentiam nostram. Noli dubius quaerere,  
 auditor, quandonam terra nostra prosperitate gavisura  
 sit! Exspecta parumper et miraberis, quomodo prae- 370  
 dones peribunt! Cum nostros olim Persae fines de-  
 populati sunt, complures ex urbe Nisibi iis se adjun-  
 xerunt. At exiguo temporis intervallo tam copiae,  
 quae fines nostras invaserunt, quam ii, qui iis se ad-  
 junxerunt, funditus interierunt, ita ut memoria eorum  
 deleretur. Ii, qui de praeda nostra ditari voluerant, ad 380  
 paupertatem redacti sunt, et praedatores nostri ipsi prae-  
 dationi dati sunt. Justitia bellis et pestilentia suam  
 iis mercedem abunde retribuit. Nostram vero captivi-  
 tatem Dominus in melius convertit, quemadmodum  
 sancto Job mirabilem illam restitutionem in integrum  
 tribuit. Duplicavit divitias nostras priores. Nume-  
 rosae factae sunt domus nostrae in montibus et castella  
 nostra in campis. Urbs nostra plena est hominum, 390  
 terra nostra possessionum. Undique abunde crescunt  
 fructus vinearum et agrorum, foetus pariunt oves et  
 boves, equi et cameli. Et quantum nos aucti sumus,  
 tantum imminutae sunt gentes, quae nos in praedam

- منملا فلیج من صا وعا . فلا فمولا سقلا .  
 خمر تقها وکلا صموا . ووقعا وواقلا .  
 صملا وعل اعل . اعلو خقلنا وعل .  
 400 وعا قلا لعل واول . ملاملک ص لا فممل .  
 وکلا صم . کومل . سولل . کومل .  
 ووم ملاملک . ووم ملاملک ملاملک .  
 اعلو لقم . صملا . ووقعا ص لعل .  
 سول مقل وول . واولو صول .  
 410 وکلا سول من صا فلق . خقلنا لعل کومل .  
 واولو کلا وول . صملا وول .  
 وکلا واول واول کلا . واول وول وول .  
 وکلا لعل لعل . وکلا لعل لعل .  
 420 واول واول واول . کومل وول وول .  
 وکلا وول وول . وکلا وول وول .  
 وکلا وول وول . وکلا وول وول .  
 واول واول وول . واول وول وول .  
 لعل وول . وول وول .  
 430 وول وول وول . وول وول وول .  
 وول وول وول . وول وول وول .

[سکلا Potest etiam legi] <sup>432</sup>

egerunt. Quatuor enim supra triginta jam anni fluxerunt, ex quo affliguntur, nec tamen advertunt stupidi. 400  
 Simile est cor eorum cordi Pharaonis et invidia eorum ei Aegyptiorum. Ob obdurationem suam interfecti, ob exaltationem suam humiliati sunt. Imminuta sunt millia eorum in bello et myriades eorum in proeliis. Defecit depositum thesaurorum eorum et dissipatae sunt collectiones eorum. Undique pullularunt et exsurrexerunt 410  
 gentes ad bellum promptae et terruerunt corda tyrannorum variis nominibus suis. Omnis advena expugnavit eos et rapuit sibi praedam auri et argenti, deinde abiit, aliis animum addens, ut et ipsi advenirent et praedam ferrent, quemadmodum ille abstulerat. Non est finis linguis eorum, nec terminus numeris eorum, sed e terra 420  
 procreatae videntur variae tribus Hunnorum. Justus igitur ille, qui Persis scelera eorum contra nos commissa retribuit, ipse retribuet etiam filiis Agar mala, quae nobis ob peccata nostra intulerunt. Et quemadmodum antea post castigationem nostram a culpa nostra expiati sumus, ita nunc quoque pro poena remissionem accipiemus. Medicus misericordia plenus 430  
 curabit morbum nostrum, et postquam defaecaverit nos judiciis suis, rursus sanitati nos restituet per ligaturas suas.

---

Annotatio ad vv. 70 et 74 :

Ii, qui Bethchur urbem adorationem idolorum docent, sunt Cadusaei, qui Persis subjecti prope Nisibin habitabant. Cf. Assemani *Bibl. Orient.* I, p. 265.

## XI.

במלך ומלכא מלך אמסב מלמלך בלזמך בלל  
 סמל סמז מלמלך בלמלכא

1  
 חלל לזמלך סמלך. פלסס לזמל מלמלכא. ס.  
 סמל מלך בלל סמלך. סמל מלך לזמל זלל בלל. ס.  
 בלל סמלך סמלך. סמל מלך סמלך סמלך.  
 סמל סמלך סמלך. סמל מלך סמלך סמלך.  
 10  
 סמל מלך סמלך. סמל מלך סמלך סמלך.  
 סמל מלך סמלך סמלך. סמל מלך סמלך סמלך.  
 סמל מלך סמלך סמלך. סמל מלך סמלך סמלך.  
 סמל מלך סמלך סמלך. סמל מלך סמלך סמלך.  
 20  
 סמל מלך סמלך סמלך. סמל מלך סמלך סמלך.  
 סמל מלך סמלך סמלך. סמל מלך סמלך סמלך.  
 סמל מלך סמלך סמלך. סמל מלך סמלך סמלך.  
 סמל מלך סמלך סמלך. סמל מלך סמלך סמלך.  
 30  
 סמל מלך סמלך סמלך. סמל מלך סמלך סמלך.  
 סמל מלך סמלך סמלך. סמל מלך סמלך סמלך.  
 סמל מלך סמלך סמלך. סמל מלך סמלך סמלך.  
 סמל מלך סמלך סמלך. סמל מלך סמלך סמלך.

XII. Cod. Vatic. 119, p. 189 (D).

<sup>2</sup>) Legendum videtur בלל.

## XII.

EJUSDEM S. DOCTORIS ISAAC CARMEN  
ALTERUM DE EXPUGNATIONE BETH-  
CHUR URBIS.

Antequam deprecari incipiamus, ipse ostium gratiae 1  
suae jam aperuit\*). Sed mihi peccata nostra conside-  
ranti alterutrum in mentem venit, Deum aut misericordia  
commotum indigentiam nostram, quia eam bene nove-  
rat, praevenisse, aut preces nostras molestas sibi et super-  
fluas habuisse, quia bene noverat pravitatem nostram.  
Illi populo, qui culpas suas sacrificiis expiari putabat, 10  
praecepit propheta, ne holocausta et sacrificia in tem-  
plum afferret. Puto etiam, Justum per imbrem jam  
ante orationem missum congregationem nostram, quae  
verbis tantum orat, arguere voluisse, quod non recte  
congregetur. Non possumus Deum psalmis et homiliis  
placare, sed bona opera quaerit et poenitentia placatur.  
Ipse enim idem est Dominus, qui locutus est Israel : 20  
Cessare faciam vocem cantus tui et melodias citharae  
tuae. Ita rejecit vocem psalmorum, quemadmodum  
oblationem sacrificiorum rejecit, quia cantores bonis  
operibus carent.

Primum ecclesiae gradum, quo doctores honoran-  
tur, humiliavit superbia per amorem gloriae humanae. 30

\*) Publica instabat supplicatio pro avertendis calamitatibus,  
praesertim ariditate. Sed Deus jam ante rogationes populi pluviam  
misit, quod Isaac ita explicat, quasi Deo minus acceptae sint pre-  
ces populi, utpote variis obruti peccatis.





Immo hi etiam aviditatem cum vana gloria jungunt et rapta possident. Ideo spernuntur verba eorum, quia opera eorum contrarium praedicant. Inutilis evadit labor concionatoris, quia verbis suis congregationi placere studet et tota compositio homiliarum ejus nil praeter plausum populi intendit. Porro si magno 40 applausu excipitur, dives sibi videtur et laudat congregationem, quae ipsum audivit; si autem auditores silent, cadit illi animus et descendit, talia obmurmurans: „Lapidibus sane similes sunt hi homines, omnique perceptione carent. Quamquam enim audiunt sermones acutos, omnes stant in silentio. Cur igitur adhuc laborem pro populo hoc ingrato? Si enim vocem plausus sui nobis denegat, quomodo debitum suum erga 50 nos persolvit?“

Hi doctores vanae gloriae cupidi similitudinem quandam inanium illorum spectaculorum, quae in urbibus exhibentur, in ipsas ecclesias intrudere ausi sunt. Infames congregationes spectaculorum illorum rebus turpibus recreantur. Dedecus ibi habetur honor, denudatio delectatio. Fabula, quae otiosos congregavit, 60 eo majori plausu excipitur, quo turpior est, eo magis laudatur, quo magis adulterium commendat, eo magis amatur, quo lascivior est. Surgunt senes, ut videant, quomodo matrimonium deridetur, et solum pedibus radunt in furore gaudii sui. Pueri spectaculis turpem voluptatem edocentur, juvenes 70 autem igne succenduntur ex enarratione adulteriorum. Judex cum nobiles infames auro adjuvat et corruptores urbium donis ac datis honorat, O judex, qui

ملك تها لعتا . خعه هتعه وضا .  
 خر يتا سوا كعتا . اهتصك هتقم تها .  
 خرتها به م تها . يتق كلمه هتتس .  
 90 خرا وتا فتا . خرا كعتا وعترا .  
 هعه فتا كعتا . عبا كعا ولا كعتا .  
 لا زخر بك كعا . كعه عتعا صعه .  
 هلا كعا وكعتا . كعه صتا هتعا .  
 هلا كعا م كعا . هتقتا م به فتا .  
 100 فتا هتلع تها . صر تها مبه هتتا .  
 هعه م ل م وضا . هعه م هتا بتا .  
 وكتا م التا . صر هتا مكنه .  
 ملك هتعا وعتا . سقم تها وعتا .  
 ملك هتتس كعتا . عبا وعتتس كعتا .  
 110 كا م وضا بتا . كعتا وعتتس .  
 م هتتا وعتا . هتصتس م لا وضا .  
 هعه هتعا وعا . وعتا كعه م هتا .  
 هتلا وعتا لعتا . م هتا وضا هتعا .  
 اف كعا وعتا . صتا كعتا اهتسم هتا .  
 120 م كعه وعتا وعتا . هتتتا هتا هتا .  
 م م ل هتا . هتعا هتا هتا هتا .  
 هتا هتعا كعتا . هتعا كعتا م هتا .  
 صر هتا وعا ولا وعا . وعتتس كعا كعتا .

94) Potest etiam legi .  
 107) Legendum videtur .  
 119) Fortasse كعتا .

ira excitaris contra furem vestis, quomodo eos amare et honorare potes, qui genus humanum furantur? Vestis furto ablata furore eum implet, sed urbs furto 80 ablata gaudium ei praebet. Mimi furtum multo gravius non vestium, sed cordium exercent. Cum furibus singulae interdum mulieres inveniuntur et egrediuntur, sed urbes quotidie a mulieribus furto auferuntur et insuper hac de re laetantur. Turba mulierum lascivarum comitatur aciem perditorum, ita ut inter lascivas 90 et impuros captivetur populus innumerabilis. Noli obmurmurare, cur expugnatores in fines nostros irrumpant, nec causam quaerere, cur praedones regioni nostrae dominantur! Ecce enim in pace praesides, sapientes urbium, scribae, legisperiti a mulieribus captivati et direpti sunt. Ex altera parte captivaverunt 100 mimi, ex altera Arabes. Quia illic depraedatur meretrix, hic diripit exercitus hostilis. Pro meretricibus in urbibus in exilium migraverunt castae in finibus regni constitutae. Pro abrasis ad electionem in captivitatem abducti sunt ii, qui disquisitionem exercent\*). Errantibus enim, quando disquirunt de evangelio fidei nos-

\*) Sensus verborum obscurissimorum videtur esse hic: Deus ideo non urbem nostram, quamquam scelestissimam, sed incolas aliarum regionum, praesertim Bethchurenses paganos, incursionibus hostilibus punivit, quia apud nos saltem fides orthodoxa strenue vindicatur et idololatriae haeresique libera grassandi facultas negatur. Bethchurenses ergo pro nostris peccatis castigati sunt, sicut quondam Israelitae pro furto Achan, ut nos inde ad poenitentiam agendam provocemur. Norat enim Deus, sibi, si ipsos noxios ferire voluisset, totum fere populum nostrum exterminandum fore, et imprimis sacerdotes; ideoque misericordia ductus maluit nos per calamitatem paganis illatam terrere atque corrigere.

- 130      בְּנֵי אֱלֹהִים הָיוּ מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִי מִלִּפְנֵי יְהוָה פָּלַח פָּנָיו  
          אֵל אֶחָד לְעַלְיוֹתָיו      חָלַל מִלִּפְנֵי יְהוָה מַלְאָכָה  
          אֶבְרָהָם אֵחָד מֵעַבְדָּיו      הִתְנַחֵם מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          הָיוּ אֵלֶיךָ כְּחַדְוָה      נִחַם אֱלֹהִים אֶת עַבְדָּיו  
          בְּחַדְוָה וְשִׁמְרָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה לֹא  
          לֹא מִלִּפְנֵי יְהוָה      וְיָבִיט מִלִּפְנֵי יְהוָה  
 140      אִם חָזַק מִן אֱלֹהֵינוּ      חָלַל מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          מִלִּפְנֵי יְהוָה      הָיוּ אֵלֶיךָ כְּחַדְוָה  
          עֲמַלְיָא אֶבְרָהָם      לְעַבְדָּיו מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          אֶבְרָהָם מִלִּפְנֵי יְהוָה      וְשִׁמְרָה מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          מִי אֵל מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה  
 150      אֶבְרָהָם מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          חֲמִשָּׁה מִלִּפְנֵי יְהוָה      וְאֵל מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          אֶבְרָהָם מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          חֲרָטָה וְנִחַם חֲרָטָה      הָיוּ אֵלֶיךָ כְּחַדְוָה  
          אֶבְרָהָם מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          אֶבְרָהָם מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה  
 160      אֶבְרָהָם מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          בְּחַדְוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          אֶבְרָהָם מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          אֶבְרָהָם מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          אֶבְרָהָם מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה  
 170      אֶבְרָהָם מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          אֶבְרָהָם מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          אֶבְרָהָם מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה  
          אֶבְרָהָם מִלִּפְנֵי יְהוָה      מִלִּפְנֵי יְהוָה מִלִּפְנֵי יְהוָה

trae, contra voluntatem ipsorum fiscella injicitur ab 110  
 orthodoxis, qui apud nos commorantur. Hoc igitur  
 magnum stuporem nobis incutere debet, quod iniqui  
 intra muros urbis erant, sed culpa eorum alios  
 ex agris in captivitatem abduxit. Achan quoque,  
 qui furatus est de anathemate, adhuc inter vivos erat,  
 cum peccatum ipsius populum perturbaret et multos  
 interficeret. Postquam vero justitia intravit et sortes 120  
 inter tribus ceciderunt, segregavit veritas furem et  
 liberavit populum a castigatione. Laudetur Bonus,  
 qui nos aperte de peccato nostro redarguere non vult;  
 scit enim, inter myriades nostras vix singulos evasuros  
 esse, si nos examinaret. Si enim sortes super nos  
 omnes conjicerentur, ut inveniretur ille, cujus culpa 130  
 terra perturbationi et captivationi tradita esset, permulti  
 contumelia afficerentur. Nec solos ignobiles tum exa-  
 minatio redargueret, sed praecipue praesides, qui magna  
 auctoritate gaudent, confunderet. Tum pudefieret  
 sacerdos, quia anathema eleemosynarum furatus est et  
 sicut Achan de Jericho argentum malis artibus sibi  
 accumulavit. Pro Josue vero zelatore nunc Deus 140  
 illud reposcit. Praesides facile manum extendunt ad  
 ordinandos sacerdotes superfluos, ita ut honor sacerdotii  
 per multitudinem presbyterorum diminuatur. Alter  
 ordinationem accipit, quia a quodam amico episcopi  
 recommendatur, alter vero, quia cognatus cujusdam  
 mulieris est. Pastores magnis nominibus et hominibus 150  
 tyrannis et scelestis se oppignorant, ut lupis gregem  
 committant. Lupis enim similes sunt hi oppressores  
 et scortatores, qui extemplo sacerdotes fiunt et in ur-



bibus agrisque congregationibus praeponuntur. Ordinantur enim sine scrutinio, instituuntur sine deliberatione. Cur tali modo manus vestra dextra sine discretionem imponitur?

160

Sed etiam si hae sortes super instituta monastica conjicerentur, omnia fere eorum agmina inter fures deprehenderentur. Viri et mulieres, qui sine ulla coactione castitatem voverunt, sed postea lascive vivunt, perturbaverunt regionem nostram. Venite, fiamus zelatores, sicut Josue contra Achan, et lapidemus non homines, sed mendacem hanc vitae monasticae apparentiam! O doctores, qui in cathedra laudes populi captatis, sanate potius morbum inveteratum ordinis monastici! Exsurgite, pastores, et vigilate, inquirentes causam hujus calamitatis! Ob vestram enim socordiam destructio terribilis totum gregem invasit. Doctor stat coram populo et quaerit laudem a congregatione sua; sed ille, cui soli debetur honor, contemnitur laudationibus istis inanibus. Saepe etiam ob vanam gloriam aliis irascitur, aut ad laudationes superbe captandas doctrinam suam deturpat. Praedicator non erubescit, in congregatione ecclesiae laudem a sapientibus et honorem ab idiotis quaerere. Utinam nunc quoque non verlatur, malam hanc consuetudinem rejicere et sapientibus idiotisque suo tempore veritatem praedicare! Apostolus existimavit se debitorem esse omnibus nationibus, ut stultis et sapientibus veritatem aperte praedicaret. Sed et hodierni praedicatores vices gerunt Apostolorum, ideoque domesticis mysteria veritatis aperire debent. Apostoli paganos converte-

170

180

190

200





runt; vobis autem discipuli admonendi sunt. Illi  
mortuos suscitaverunt; vobis aegroti sanandi sunt. 210  
Errantes enim mortui erant sine cognitione Dei, et  
Apostoli per praedicationem Christi eos suscitaverunt.  
Peccatores autem, qui pravis consuetudinibus invete-  
ratis aegrotantur, nihil indigent praeter correctionem  
et facile sanantur. O sapiens, non tibi opus est pro-  
fundis cogitationibus; ecce enim ipsa lex naturae eum 220  
accusat, qui admonitioni tuae resistit. Si autem refu-  
gium quaerit in ordine monastico, posce ab eo, ut etiam  
perfectionem huic ordini congruentem exercent! Si  
a dextera parte defecerit, confunde eum per compara-  
tionem cum parte sinistra! Sinistrae enim parti,  
quae gradum dextrae inferiorem obtinet, comparatur 230  
conjugium, si sanctitati virginali opponitur. Eum  
autem, qui lapsus de castitate monachali cecidit, in **e**  
jus vocat conjugium, quod reliquit illud et postea fur-  
tive ad illud reversus est. Alterutrum poscit a te et  
natura et Dominus naturae, aut apertum conjugium,  
aut veram castitatem. Nunc autem Dominus creatu-  
rarum ob duplicem rationem nos judicabit, quia pro- 240  
missionem nostram fregimus et quia creatori nostro  
illusimus. Impuri enim illi, qui gratiam rejecerunt,  
sterili voluptate gaudent, et quantum in ipsis est vim  
creatricem abrogant. O scelus, cui nullum e sceleri-  
bus prioribus comparari potest, quodque omnino non  
reprehenditur, quamquam aperte exercetur! Filiae 250  
Cain fornicatae quidem sunt, attamen nativitatem non  
impediverunt; quamquam conjugium valde violaverunt,



conceptionem tamen et puerperium non destruxerunt. Mulieres autem e gentibus et adoratione idolorum conversae sub specie veritatis fornicantur et impediunt conceptionem atque puerperium. Lascivia furit in membris earum, sed manibus suis malas artes exercent, ut speciem sanctitatis et dignitatis prae se ferre possint, quia a graviditate non redarguuntur. O dolosum, qui invenit sibi genus vitae, optime castitati excolendae idoneum, et postea implantavit luxuriam in sanctam hanc conversationem! Relictum est conjugium, sed etiam votum castitatis fractum est. Veritas remansit apud paucos, peccatum extendit se super plurimos.

Veniamus autem nunc ad castum ordinem ascetarum, qui excellunt cincinnis suis et honorantur ob vestes suas! Videamus, quam pauci veraces in hoc agmine inveniantur, et quanto plures sunt immorigeri et fraudulentum! Servi, qui obedientiam dominorum suorum reliquerunt eosque fraudaverunt, et filii, qui honorem parentibus debitum neglexerunt, crines nutriunt contra disciplinam evangelicam et putant, se cincinnis perditos mores suos obtegere posse. Circumvagantur per urbes ad eleemosynas colligendas, et irridentur ob pecuniam in portis dominorum. Dum irridentur a nobilibus et ludibrio habentur a servis eorum, non confunduntur facies eorum impudentes, quia pro hoc contemptu lucrum marsupiorum suorum expectant. Magnam mercem fraudis sibi excogitaverunt ad hanc mercaturam peccati, et sub variis speciebus justitiae pecuniam avare multiplicant et colligunt.



Alter imitatur Salvatorem, qui servos oppressos redemit; alter fingit, fratres monasterii sui in captivitatem 300 abductos esse. Immo, ut simplicibus fucum faciant, talia etiam juramentis confirmant et asserunt sub invocatione nominum terribilium, ut talenta vel quadrantes lucrentur. Miseri non recogitant, se professionem suam exinanire, et, dum avidè possessiones quaerunt, 310 votum suum irritum reddere. Volunt similes esse Eliae, Joanni, Samueli; habitum quidem illorum imitantur, sed in operibus suis illis dissimiles sunt. Ne tantillum quidem appropinquaverunt ad exinanitionem Joannis; justitiam vero Samuelis ne in somnio quidem viderunt, quia multis Saulo similibus ob pecuniam 320 blandiuntur. Sed Samsonem tamquam speculum sibi prae oculis posuerunt, quia libidinibus indulgent et variis in locis contumeliis afficiuntur. Ubique scandala praebent in domibus cauponum et mercatorum. Crines eorum facti sunt marsupia quadrantum et aromaticum. In unguentis et immunditia anachoretam agunt, cibus et vino ingurgitantur. Saccis et barbibus 330 sanctitatem suam monstrant, sed adulteria et furta committunt. Angelus segregavit et consecravit e mandato divino Samsonem, cujus crines coronam gratiae designabant. Lascivia autem, quam exercebat, tradidit eum in manus incircumcisorum, ita ut heros ille excoecaretur et a miseris irrideretur. Hi, qui 340 jugum magistrorum fregerunt, ab omni opere cessant, mensae tantum studentes; renuunt in castis sanctisque monasteriis remanere, quia nec psalmos didicerunt, nec de sacra scriptura meditari possunt. Solummodo



tamquam ad hospitium accedunt ad monasterium, ut ei  
 damnum inferant sibi que otium parent, perturbantque 350  
 vigiles et sobrios sua crapula et somnolentia. Circum-  
 vagationem, quam otiosi amant, variis praetextibus  
 exculpant. Hoc modo effecerunt, ut in aliis monaste-  
 riis hospitia abrogata sint, in aliis vero psalmodia ces-  
 saverit. Ventris commoditati student ideoque de altero  
 in alterum monasterium transmigrant, ut novas semper  
 epulas quaerant, tamquam novi advenae, qui occur-  
 runt. In omnibus monasteriis semper otiosi remanent, 360  
 privilegio nimirum hospitum peregrinorum fruentes,  
 ut hoc praetextu gulae et ebrietati indulgere possint.  
 Hanc circumvagationem mendicantem et pigram ipsi  
 peregrinationem vocant. O istos peregrinos otiosos,  
 qui tamen ad ventrem explendum varias exercent artes!  
 Abraham peregre profectus est ob mandatum divinum,  
 ut, relicta Babylonia, idololatria ab ipso recederet. 370  
 Rebecca quoque Jacobo consilium dedit, ut Carrhas  
 peregrinaretur, quia timuit dolum Esau, ne forte inno-  
 centem occideret. Josephum quoque fratres ejus pere-  
 grinum fecerunt inter Aegyptios, quia invidia ducti  
 eum sine causa de libertate in servitatem dejecerunt.  
 Ceteros quoque justos, qui ob peregrinationem domus 380  
 suas reliquerunt, vis a malis iis illata coegit, ut de  
 altero ad alterum locum migrarent. Quae vero vis  
 hos otiosos, qui nostro tempore sub praetextu peregri-  
 nationis circumvagantur, persecuta est, ut iis semper  
 peregre pererrandum sit? Nam pro malis, quae jus-  
 tos sua inimicitia persecuti sunt, nunc malignus ipse  
 pigros impellit, ut pane opprobrii sustententur. 390





Nunc vero hinc ad conjugium accedamus, ut de eo dijudicemus. Nam hoc quoque transgressum est fines legis naturalis. Creator Adamo hanc legem naturae posuit, cum duos creasset eosque invicem ad mutuam consortium conjunxisset. Nunc vero conjugium ita inter multos dispertitum est, ut vir mulieribus adhaereat, mulier viris se submittat. Ita haec generatio nostra quasi in speculo repraesentat generationem temporis Noe, quia viam suam corripit super terram tam in ordine monastico, quam in matrimonio. Mulieres autem, quia a maritis suis negliguntur, artes paganas exercent, ut sibi amorem virorum suorum captent. Sacrificiis enim et libationibus quotidie stellam Veneris invocant, ut splendeat pulchritudo faciei earum et ut amentur a viris suis. Quis quaeso stultas docuit, stellam Veneris decus tribuere posse prae aliis quibuscunque luminibus coelestibus? Si enim haec potestas ei ob majorem luciditatem suam competeret, tum potius sol et luna adorationem mererent, quia majori extensioni eorum etiam altior dignitas responderet. Chaldaei in errore suo, quem inaniter protulerunt, stellis nomina tribuerunt et variis ignearum constellationibus appellationes bestiarum dederunt, tauri nempe, agni, hoedi, leonis, piscis, cancri; immo vel similitudinem scorpionis reptantis in coelo collocaverunt. Hoc mendacium impurae per Veneris stellam didicerunt et cessaverunt a laudatione Dei Creatoris. Iisdem manibus, quas ad sanctum Christi corpus sumendum extendunt, effundunt etiam libationes ad placandum diabolum. In tectum ascendunt ibique eodem ore, quo



in templo expiationis de calice Salvatoris nostri bibunt, 440  
 invocant Veneris stellam, ut augeat pulchritudinem  
 earum. Scelestae ingrante rejiciunt Deum, omnia  
 audientem omniaque judicantem, et pro illo exorant  
 lucernam mutam, in coelo suspensam. Huic stellae Ve-  
 neris sacrificia obtulerunt tribus Agarenorum, sed muli-  
 eres eorum similes sunt omnibus mulieribus, nempe 450  
 aliae quidem pulchrae, aliae vero deformes. Postquam  
 autem mulieres Arabum solem justitiae cognoverunt,  
 renuntiaverunt stellae illi Veneris, quam inani spe co-  
 luerant. Onagri illi se jugo subjecerunt et femellae  
 eorum obedientiae disciplinae. Sed mulieres in sanc-  
 tuario educatae Christum cum stella illa commutaverunt. 460  
 Quia nobiscum in oratione sociantur, irascitur Dominus  
 orationis, et languescit ala precationis nostrae, quia  
 idololatria ei adhaeret. Auditor, interroga Jeremiam  
 prophetam et disce, mulieres Sion destruxisse, quia  
 stellae Veneris sacrificaverant. Domum illam Abra-  
 hami, quae usque ad altitudinem coeli se extendit, at-  
 tigit ignis mulierum consumpsitque eam usque ad 470  
 fundamenta. Populus antiquus ornatus erat per reges,  
 sacerdotes, prophetas; sed agmen mulierum dispersit  
 id, quod justitia collegerat. Judaeae, quae sacrificabant,  
 Hierosolymis captivitatem nexuerunt et agmina populi  
 eorum in varias regiones disperserunt. Miserunt reges 480  
 in Babyloniam et duces in Aegyptum, sacerdotium quo-  
 que et legem stupendo modo inter gentes ad silentium re-  
 degerunt. Hoc exitium perfecit adoratio stellae Veneris,  
 qua nunc quoque nostra oratio a porta Misericordis arce-  
 tur. In omnibus generationibus, per quas populus omni-



moda peccata et cultum simulacrorum exercebat, Deus 490  
 eum reprehendit quidem, sed nunquam illum in capti-  
 vitate abduxit. Simulacrum autem Hebraeae stellam  
 istam adoraverunt, irritam habuit promissionem Patriar-  
 chis factam et populum in Babyloniam deduxit. Cap-  
 tivatio deturpavit facies et sol adussit corpora filiarum  
 Sion, quae super tectis pulchritudinem a stella Veneris  
 petierant. Isajas antea vaticinatus est mercedem 500  
 hujus idololatriae, cum minaretur, nobiles et decoras  
 funibus et saccis ligatum iri. Deus mulieribus gratis  
 aspectum pulchrum et fugitivum tribuit, sed scelestae  
 pro glorificatione Dei idololatriae gratias egerunt.  
 Ideo retribuit iis justitia pro adoratione stellae Veneris  
 servitute inter Chaldaeos, qui et ipsi omnia lumina 510  
 coelestia adorabant.

Talibus igitur et similibus excitata est ira divina,  
 donec advenit, ad terram nostram appropinquavit eam-  
 que concussit, ut peccatoribus horror injiceretur. Si  
 quis vero interrogaverit, cur Deus se a nobis averterit,  
 recogitet haec omnia, laudans Justum, qui nos castigat,  
 et intelligat in hac poena summam castigantis misera- 520  
 tionem, qui in misericordia sua paucos tantum percus-  
 sit, quamquam multi peccatores erant. Etiam in tem-  
 pore David pestilentiam trium dierum decreverat; sed  
 jam post sex horas elapsas misericordia ejus sententiam  
 judicii praevenit. Noli autem putare, auditor, me  
 omnes homines pariter condemnare! Bene scio, adhuc 530  
 bonos inter nos reperiri, quamquam mali numerosiores  
 sunt. Scissurae, quas scelesti operati sunt, ob pios  
 restaurantur, et ignis, quem audaces injecerunt, per

## XIII.

במסו דהמסא סזר אמסס סאמזא בלל סוסא  
 ספמא דאזכלל

- 1 רלמא דלמסז סוסא. סמסא דסזר למא.  
 סל סזר דמא ללס. סר סמז דסזלס.  
 סמזא דלמסס סוסא. כלמא סר סזסר לל.  
 סר סזר דמזסל סוסא. ללמז סר סמסא.  
 10 סל סמל דלל לל סוסא. סל סזר למא דלל סוסא.  
 סלמא לל סל סוסא. דמז סלמא דלל סוסא.  
 סל סמסל סוסא. דמז סלמא דלל סוסא.  
 סל סזר למא דלל סוסא. סל סזר למא דלל סוסא.  
 20 דלל סוסא דמסא. סל סמסא דלל סוסא.  
 סל סזר סמסא דמסא. סל סמסא דלל סוסא.  
 סל סמסא דמסא. סל סמסא דלל סוסא.  
 סל סמסא דמסא. סל סמסא דלל סוסא.

XIII. Exstat in Cod. Vatic. 129, p. 223 (D) et in Cod. Josephi Bar David, p. 24 (J).

Ad titulum manus serior in marg. cod. D adnotavit בלל סוסא  
 סמסא דלל סוסא.

sanctos exstinguitur. Qui perierunt, ob peccatum perierunt, et qui evaserunt, ob justos evaserunt. Illa expugnatio accidit ob malos et haec pacis conservatio ob bonos.

### XIII.

#### EJUSDEM BEATI DOMINI ISAAC SERMO DE SANCTO JEJUNIO QUADRAGESI- MALI.

Visibiliter quidem contristat jejunium, at invisibi- 1  
liter animam purificat. Onus est revera grave, sed  
magnum merens praemium. Vinum, quod faciem  
rubore perfundit, animam valde denigrat; corpus laeti-  
ficat, mentem valde corrumpit. Nos igitur, qui tam  
corpore quam anima viva constamus, omnia ordinate 10  
peragamus, ut corpus et anima suam accipiat nutritio-  
nem! Vescamur moderate, ut valetudo corporis nostri  
augeatur, et jejunemus prudenter, ut animae nostrae  
gloriosum triumphum procuremus! Jejunet os nos-  
trum a pane, sed etiam cor nostrum a peccatis, ut  
jejunium oris nostri una cum pia mentis intentione 20  
suscipiatur! Non enim sufficit, ut escam ori denege-  
mus, sed omnia membra a rebus noxiis servari oportet.  
Videte, quomodo auriga expertus equos conjunctos  
custodit, frenaque nunc laxat, nunc adstringit, ut  
omnes in eodem cursu dirigat. Si enim accidit,



- 80 אר יתנו סוף מלחמה, ליהוב. חתומא לעגב לדפצו.  
 סוף דלגא סגה אמלכא. ומלחמה כסו, וסומוסו.  
 סא מלכא לזכר למלחמא. כל עזרא דיהוה סאנו.  
 דאמלכא דארבא סומוסא. אדמלכא מלכא דמלחמא.  
 סא סומוסא דארבא. ירבא סא חזי סלסומוסו.  
 סאנוסא מלכא חמא. סומוסא סומוסא.  
 40 סומוסא לזכר למלחמא. אר יתנו דמלחמא סומוסו.  
 דסוף סומוסא אר מלחמא. סומוסא סומוסא.  
 סא יתנו סומוסא סומוסא. סומוסא סומוסא.  
 סומוסא סומוסא אר. סומוסא סומוסא.  
 50 לא סומוסא סומוסא. לא סומוסא סומוסא.  
 כל סומוסא סומוסא. סומוסא סומוסא.  
 יתנו סומוסא סומוסא. סומוסא סומוסא.  
 ולא סומוסא סומוסא. סומוסא סומוסא.  
 אר יתנו סומוסא סומוסא. סומוסא סומוסא.  
 60 סומוסא סומוסא סומוסא. סומוסא סומוסא.  
 סומוסא סומוסא סומוסא. סומוסא סומוסא.  
 סומוסא סומוסא סומוסא. סומוסא סומוסא.  
 יתנו סומוסא סומוסא. סומוסא סומוסא.

81) J. סומוסו. סגה אר סומוסו.  
 85) J. סומוסא.  
 80) J. סומוסא.  
 86) J. סומוסו.

unum ex iis aut habenis evadere aut iis implicari, tum 30  
 cum uno, qui cecidit, etiam ceteri damnificantur, quia  
 impeditur cursus eorum. Ecce etiam lex te docet de  
 lepra, praecipiens, ut totum corpus immundum censea-  
 tur, si unicum membrum lepra affectum sit. Ecce in  
 expugnatione Jericho solus Achan furatus erat, sed 40  
 totus populus victus est ob furtum lapidandi. Post  
 hoc exemplum allatum asserimus etiam de corpore et  
 membris ejus, totum corpus peccare per transgressio-  
 nem unius membri. Ecce enim, cum Maria lepra  
 afficeretur, lingua tantum illius locuta erat, sed nihilo-  
 minus totum corpus ejus foeda veste leprae involutum  
 est. Non igitur solum os studeat jejunare a pane, 50  
 sed omnia prorsus membra a rebus noxiis serventur!  
 Jejunat os a pane; jejunet cum eo etiam lingua, ne  
 loquatur superflua, quibus jejunium in damnum verti-  
 tur! Si jejunium simile esset melli, sed lingua felli  
 intincta esset, rejiceretur dulcedo illius ob admixtionem  
 amaritudinis. Quemadmodum enim mel cum felle 60  
 permixtum non acceptatur, ita nec jejunium cum invi-  
 dia conjunctum suscipitur. Jejunat os a pane; jeju-  
 nent cum eo etiam oculi! Illud non bibat vinum, hi  
 non hauriant libidinem! Si os quidem jejunat a pane,



oculi vero circumvagantur in deliciis, palpebrae vincula 70  
 fiunt jejunio, ita ut in pugna vincere nequeat. Quem-  
 admodum enim oculi, quando lacrimas dolorosas effun-  
 dunt, chirographum debitorum delent et totum corpus  
 purificant, ita etiam, quando facies procaciter contem-  
 plantur, lumen suum amittunt et omnia membra in  
 peccatum inducunt. Jejunat os ab esca; jejundet cum 80  
 eo etiam auditus, ne introitum permittat telis calumniae,  
 quae animam interficiunt. Si enim os tantum jejunio  
 tamquam loricâ tectum est, aures autem in bello nu-  
 dae patent, vincetur animus proelior, rex ille mem-  
 brorum. Valde subtile est telum diaboli, ita ut vel 90  
 inter palpebras pertransire possit. Quanto magis  
 ergo per portam apertam aures transibit? Per illam  
 enim in initio intravit mors et interfecit primum homi-  
 nem. O jejunatores, custodite auditum, ne calumniae  
 aurem praebeatis! Etiam manus una cum ceteris  
 membris jejundet et a raptu abstineant! Hoc modo 100  
 si totum corpus sanctificatum erit, si cogitationes puri-  
 ficatae et membra emundata erunt, suscipietur purum  
 jejunium, quod nullo crimine permixtum est.

Ne jejunemus sicut Pharisaeus ille, qui se ipsum  
 in superbia sua justum proclamavit, quem vero justitia  
 humiliavit, quia se super peccatorem extulerat! Ne 110  
 jejunemus sicut crucifixores, qui per unum diem a



pane jejunant, sed omnibus diebus secundum consuetudinem suam peccata committunt! Ne jejunemus sicut Jezabel, regina turpis, cujus jejunium innocentem, qui nihil contra illam deliquerat, interfecit! Ne jejunemus sicut haeretici erronei, fide carentes, qui pulverem comedunt sicut serpens, ejusque discipuli facti 120 sunt! Ne jejunemus sicut Pharisei, qui apostolos reprehenderunt, et dum a pane jejunabant, carnem prophetarum momorderunt! Sed jejunemus tamquam prudentes jejunium Deum placens! Ecce veteres nobis typos reliquerunt, in quorum vestigiis ambulemus. Jejunent igitur senes nostri sicut Moyses, cujus 130 facies resplenduit, quia contempserat et rejecerat delicias, et ascenderat mandataque detulerat! Hic senex juventutem recuperavit per jejunium, quod vel juvenibus grave videtur; ideo timuerunt eum luxuriosi in libidinibus suis aegrotantes. Venite, admiremur hanc lampadem, quae sine oleo ardebat, et ex qua egrediebantur radii, oculos impiorum obcoecantes! Venite, 140 admiremur hanc arborem, quae sine aqua crevit, et in qua pependit fructus lucis, cujus splendorem oculi sustinere nequiebant! Moysem imitentur senes, quibus propositus est tamquam pignus, quod gratia et ipsis juventutem reddet in paradiso post resurrectionem. Monachi porro jejunent secundum exemplum zelatoris 150 Eliae, viri illius perfecti, cui ministrabantur angeli coelestes! Ipse quoque, sicut Moyses, jejunavit per



quadraginta dies, taurus ille defatigatus, qui summo labore coluerat agrum ingratum in omnes agricolas suos. Sed Dominus ejus noluit eum remuneratione fraudari, sed misit et adduxit eum ad se, ut erueret humilem 160  
 e conviciis populi furiosi. Ecce senibus Moysem, monachis Eliam tamquam exemplum proposuimus. Juvenes vero imitentur Ananiam et socios ejus! Hi enim pueri jejunaverunt a cibis solidis et rejecerunt etiam cupedias, comederunt autem legumina, escam volatilium coeli. Evolaverunt hae aquilae e laqueis 170  
 et expanderunt pennas suas in coelum, protexeruntque populum judaicum Babylone sub umbra alarum suarum. Quamdiu populus regem habebat, honorabatur ob regem. Hodie vero rejecti sunt Judaei, quia regnum eos dereliquit. In majestate egressi sunt ex Aegypto, quia typus Filii eos comitabatur, et in honore ascenderunt de Babylonia, quia signa ejus cum ipsis 180  
 erant. Hodie vero contempti sunt, quia veritas advenit cum mysteriis suis et completio typorum illorum, sed profecta requievit inter gentes. Ecce jejunant, quamquam jejunium eorum rejicitur a prophetis ipsorum. Afferant Isajam et legant in eo, quomodo rejicit festa eorum : „Rejeci neomenias eorum et odit 190  
 anima mea festa eorum; jam satis est, non posco ultra jejunium plenum contentionis. Ecce contentiosis loquitur : vos jejunatis, sed ut litem moveatis et pauperibus viduisque injusta vi noceatis.“ Audite, discipuli et exhorrescite actiones horum procacium, nec jejunate 200  
 jejunium plenum direptione et depraedatione pauperum. Ad vos, o divites, hic sermo dirigitur, ut caveatis, ne





jejunetis sicut discipuli et aliena concupiscatis sicut  
 praedones. Nolite iram Dei provocare eo ipso tempore,  
 quo eum placare studetis! Si enim jejunatis et rapitis,  
 irascitur justitia. Recordamini, quod per jejunium 210  
 propitiatio quaeritur ad remissionem peccatorum, et  
 nolite vobis damna colligere per ipsum jejunium utili-  
 tatis plenum! Si enim a pane jejunatis, sed carnem  
 orphanorum comeditis, jejunium Achab imitamina, per  
 quod justus lapidatus est\*). Caro orphani est hereditas  
 ejus, corpus ejus domus, quam possidet. Noli igitur 220  
 carnem ejus comedere, id est noli domum ejus rapere!  
 Ecce agri ejus cum pedibus, vineae ejus cum manibus  
 ejus comparari possunt. Noli eum spoliare vineis ejus,  
 sed memento Achab et exhorresce! Corpus autem  
 viduae quid aliud est, nisi vestis ipsius? Noli ergo  
 cutem ejus detrahere, id est noli eam veste sua spo-  
 liare! Pellem ovis tuae poscis a pastore, si tibi amit- 230  
 titur; quanto magis ergo poscet Deus vestem viduae!  
 Deus praeposuit vos tamquam pastores gregi orphano-  
 rum. Nolite ergo fieri tamquam lupi, qui incessan-  
 ter ad destructionem gregis accurrunt! Gregem  
 ecclesiae suae Deus poscet a sacerdotibus et diaconis  
 suis; gregem vero pauperum poscet de manibus divi- 240  
 tum. Quando enim veniet, instituet rationem cum  
 pastoribus suis, quomodo direxerint gregem sanguine  
 vivifico redemptum. Nec minus, quando orietur,

---

\*) Quae in sequentibus disputat, respiciunt ad locum Michaeae  
 III, 2-3, sed simul ratione habita loci Isajae I, 23.

- 250      ما وَاِذَا رَجِيعُ خَضِرٍ نَبَاتٍ .      سَمِعْتُمْ خَمْرًا خَلْقَةً .  
          وَاِصْحَ وَخَمْرٌ مَخْرَجَةٌ .      وَخَمْرًا مِمَّا ارْتَبَتْ .  
          مَعًا وَوَجِبَ لَهَا خَضِرٌ نَبَاتٍ .      سَمِعْتُمْ خَمْرًا وَنَبَاتٍ .  
          وَاِصْحَ وَخَمْرٌ مَخْرَجَةٌ .      وَخَمْرًا مِمَّا ارْتَبَتْ .  
          اَلرَّجِيعُ نَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .      وَنَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .  
          مَخْرَجَةٌ كَسْرٌ مَخْرَجَةٌ .      سَمِعْتُمْ مَخْرَجَةً مَخْرَجَةً .  
          اِصْحَ رَجِيعٌ وَنَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .      مَخْرَجَةٌ كَسْرٌ مَخْرَجَةٌ .  
          مَعًا لَهَا اِذَا نَبَاتٍ .      مَخْرَجَةٌ اِذَا نَبَاتٍ .  
          اِصْحَ لَهَا وَنَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .      حَقِيقًا اِذَا نَبَاتٍ .  
 260      مَعًا حَقِيقًا اِذَا نَبَاتٍ .      وَنَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .  
          اِذَا نَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .      اِذَا نَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .  
          وَخَمْرٌ مَخْرَجَةٌ .      وَنَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .  
          مَعًا مَخْرَجَةٌ .      وَنَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .  
 270      اِذَا نَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .      وَنَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .  
          اِذَا نَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .      وَنَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .  
          اِذَا نَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .      وَنَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .  
          اِذَا نَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .      وَنَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .  
          اِذَا نَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .      وَنَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .  
 280      مَعًا مَخْرَجَةٌ .      وَنَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .  
          مَخْرَجَةٌ .      وَنَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .  
          مَخْرَجَةٌ .      وَنَبَاتٌ مَخْرَجَةٌ .

rationem poscet a iudicibus, quomodo gubernaverint mundum, quem in sua benignitate creavit. Memen- 250  
tote igitur, o divites, quod venturus est ad vindican-  
dum jus oppressorum et quod rationem coram ipso  
reddendam poseet usque ad ultimum quadrantem.  
Quemadmodum enim vos villicos constituitis super pos-  
siones vestras, ita etiam vos villici pro egenis con-  
stituti estis. Et quemadmodum vos servos habetis,  
quorum domini estis, ita vos quoque servi estis illius 260  
Domini dominorum. Eadem enim, quam ipse quaeris,  
ratio tibi reddenda erit, et poscetur a te eadem mensura,  
qua ipse poposcisti. Si tu redditionem rationis a villico  
tuo poscere potes, nec oblivisceris rationis tuae, quanto  
magis Omnisciens, cui absque libro omnia comperta sunt,  
etiam nutus oculorum tuorum meminerit? Si villicus  
tuus te depraedatur et conservos suos male habet, 270  
justo iudicio condemnabitur, quod sua ipsius sententia  
confirmare debet. Ita tu quoque, si contra Dominum  
tuum et pauperes peccaveris, justa sententia iudicaberis,  
quia depraedatus es conservos tuos. An fortasse nes-  
cis in superbia tua, te Dominum habere? Aspice  
coelum, in quo habitat Dominus tuus absconditus, et 280  
obstupesce! Ipse est Dominus tuus et pauperum;  
conservi enim estis. Tamquam bonus nobis quidem  
divitias dedit, illos vero pauperes effecit secundum  
beneplacitum suum. Ecce utramque partem aequè in  
duobus catinis explorat, ut de unoquoque appareat,

290      290  
 300      300  
 310      310  
 320      320

290      290  
 300      300  
 310      310  
 320      320

utrum mendax an verax sit. Si pauper patienter exspectavit nec blasphemavit ob inopiam suam, desumitur 290  
 e catino tamquam aurum et deponitur in thesauro regis. Si autem murmurat animus ejus et lingua ejus blasphemias et querelas loquitur, hinc quidem patitur miseriae et illic inveniet cruciatus. Similiter et te per divitias tuas tamquam in catino explorat, in quo apparebis aut aurum pulchrum aut falsa moneta. Si 300  
 enim superbit animus tuus et depraedaris conservos tuos, comparaberis cum Achab et judicium cum eo accipies. Si autem Deum praedicas et pauperum misereris, Abrahamo similis eris et cum eo coronaberis. Si opera ejus imitaris, bonum observas jejunium; si autem alios diripis, Deus jejunium tuum ne quaerit 310  
 quidem. Quam enim utilitatem habet Deus de abstinentia tua a cibo potuque, si pauperes devoras et sanguinem orphanorum bibis?

Si inter primos censi desideras, veni, ut a me purum jejunium discas! Abstineat os tuum a pane et mens tua a peccatis. Quemadmodum enim externe 320  
 a cibis visibilibus te abstines, ita etiam fuge et elongare ab omni pravitate! Hoc modo dum a pane jejunas, simul etiam alienus esto a culpa, ut purum jejunium tuum accipiatur a Domino tuo, qui tibi praemium dabit. Si autem primos assequi non potes, veni, docebo te jejunium quasi secundae classis, quo 330  
 comedens jejunare et bibens abstinentiam observare

- 330      انبج صلاو صوقنا اند.      لا نكصر صوقنا ولاقص.  
 وصر خنص اند وانا اند.      وصر نندا اند نهو اند.  
 صكك ولاقص ولاقصا.      اف لملو مقلها.  
 وصر انا ولاقصا لورا.      كلقنا وانا وانا كو.  
 لا صوقنا ولاقصا ولاقصا.      ولاقصا وانا ولاقصا.  
 ولاقصا وانا وانا.      ولاقصا وانا وانا.  
 340      لا صوقنا ولاقصا ولاقصا.      ولاقصا وانا ولاقصا.  
 ولاقصا وانا وانا.      ولاقصا وانا وانا.  
 ولاقصا وانا وانا.      ولاقصا وانا وانا.  
 ولاقصا وانا وانا.      ولاقصا وانا وانا.  
 350      ار وصر لا صوقنا وانا.      ولاقصا وانا ولاقصا.  
 وصر كو وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 360      وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 370      وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.  
 وانا وانا وانا.      وانا وانا وانا.

336) J. ح.

368) J. وانا وانا.

potes. Imple mensam tuam cibus, sed et linguam tuam laudationibus, ut os manducans celebret Bonum, qui te fideliter cibatur! Si a pane abstinere nequis, abstine a depraedatione pauperum; tum Deus non vituperans a te quaeret, cur non jejunes. Si a vino abstinere 340 nequis, abstine a culpa et raptu; tum iudex non te condemnabit, quia vinum bibisti. Attamen sollicitus esto, ut inter primos remaneas, ut cum primis praemium accipias. Hoc efficies, si et a cibus abstinebis et a peccatis te mundum servabis. Si autem nullo modo duplex hoc jejunium observare potes, elige tibi illud, 350 quod excellentius est, nempe elongationem a peccatis! Quamquam enim tum gradum paulo inferiorem accipies, quam ii, qui in prima classi constituti sunt, tamen vitam aeternam hereditabis, quia a peccatis te immunem servaveris.

Nunc etiam de illo jejunio tibi loquar, quod exosum et a Deo rejectum est, ut longe ab eo aufugas, 360 quia in utroque saeculo damnum affert. Qui a pane jejunit, sed ad peccata perpetranda currit, illius jejunium damnum est, quod corpus et animam ejus laedit. Laedit corpus ejus visibiliter, quia ei nutritionem denegat, et laedit animam ejus invisibiliter, quia malitiam ex ea non expellit. Qui hoc modo agit, serpenti 370 similis est, quae sicut ipse pulverem comedit et sine causa mordet. Ecce stultus superbit de jejunio suo, quamquam illud a Deo non accipitur. Qui enim





Deum non colit, quomodo Deo jejunare potest? Utinam quis ad talem accedat eique loquatur: „Agedum, observa Deo jejunium, abstinendo a peccatis, quae Deo displicent!“ 380

Vobis etiam mulieribus, discipulis Christi, dicam, ut observetis jejunium modestum plenum discretionis. Ne fiat jejunium passionis occasio conversationum et recreationum, ne lingua merita rursus dispergat, quae os congregavit! Videmus eos, qui in luctu versantur, silentes et gementes sedere; non enim permittunt iis 390 cogitationes eorum, ut risus de ore eorum erumpat. Tristitia in his diebus decet, quibus venerabilis ille contumeliis affectus est a miseris crucifixoribus, paleis, quas justitia dispersit. Quamquam enim Dominus vester tristitiae non subjectus est, quippe qui ipse affictos laetificat, vos tamen oportet contristari de tanta audacia crucifixorum. Flevit Dominus noster 400 de Lazaro, quamquam sciebat, se eum suscitaturum esse, ut amorem suum fletu, potentiam suam resurrectione manifestaret. Vos igitur hoc tempore, quo Dominus a nobis discessit, talem moestitiam monstrate, quae vulgarem excedit! Moesta erat Maria, mater ejus, cum sanctis sociabus suis, et discipuli in domo 410 se abscondebant, donec Unigenitus resurrexit. Tum laetificavit matrem suam resurrectione sua et discipulos salutatione sua, et resurrectio ejus eos gaudio



affecit, quemadmodum eos antea passio anxios reddiderat. Qui nunc contristatur de luctu hujus temporis, gaudebit cum illo in paradiso ejus post congregationem sanctorum ejus.

420

O sponsae Christi, nolite vestibus elegantioribus uti! Sponsae hujus saeculi tempore nuptiarum suarum vestes miseras non induuntur, quia spem suam in hoc mundo collocaverunt. Vos autem, quae sponsae thalami novi futuri estis, nolite vestibus pulchris vestiri, ne ornatus spem vestram irritam reddat! Exornate mentes vestras sponso, qui videt abscondita. Illa enim, quae ornatum terrenum amat, spem quoque terrenam expectat, quia vestis externa indicat, ubinam anima ejus moratur. Si enim Dominus noster spes ejus esset, interiora animae suae exornaret, ut occulto ornata esset ille, qui occultas novit cogitationes. Si autem mens ejus terrena sapit, exornat membra sua, ut decus ipsius laqueus fiat insipienti. Vos autem, o castae, jejuniis puro tamquam ornatu utimini, et castitas tamquam beryllus infigatur in medio frontis vestri! Ornatum enim illum lascivum reprehendunt prudentes, sed hunc ornatum spirituales praedicant coelestes. Omnes enim valde reprehendunt illam, cujus conversatio et habitus lasciviam prodit; sed omnes laudibus extollunt illam, cujus conversatio casta est.

430

440

450



Vos etiam, mulieres nuptae, jejunate et docete viros vestros, incessanter orantes, ut bene educantur infantes vestri! Fiat jejunium vestrum sicut illud 460 Esther, et oratio vestra sicut illa Judith, mulierum harum nobilium, quae viros impios vicerunt! Jejunium Esther erat murus, quem orationibus suis aedificaverat; sub illo protectionem quaesivit universus populus ejus contra minas scelesti. Si ergo jejunium unius feminae sine bello universum populum salvavit, 470 quanto magis jejunium totius gregis nostri victoriam praestare poterit?

Ecce haec exempla depictae sunt ei, qui ea imitari vult. Quicumque discipulus eorum fieri cupit, ea pro magistris accipere potest. Senes ergo Moysem imitentur, cujus intellectus nullum passus est defectum, quia 480 membra ejus splendebant per jejunium, quod alias corpus affligere solet! Monachi Eliam imitentur, qui pugnavit, vicit, triumphavit, quia commissurae ejus roboratae sunt jejunio, quod alias pedes defatigare solet! Pueri exemplum sibi proponant coetaneorum suorum, sanctorum Babylone habitantium, qui non capiebantur voluptatibus, quamquam nemo aderat, qui eos retinisset. Virgines nostrae Deo dicatae Mariam, tamquam filiae matrem suam, imitentur, quae 490 in jejunio puro accepit annuntiationem Domini jejuntorum! Mulieres nuptae Estheram imitentur, quae



jejunavit, oravit, exaudita est, ancillaeque illarum ancillas Esther, quae simul cum ea in jejunio excelluerunt! Denique universa acies nostra jejunet sicut Ninivitae, qui observarunt jejunium sanctum, Deum placans! 500 Tota ratio enim, ob quam Deus illos in sacra scriptura commemoravit, ea est, ut nobis typi essent, quorum opera imitemur.

Finitur sermo de jejunio.

#### XIV.

### EJUSDEM S. DOCTORIS ISAAC SERMO DE JEJUNIO.

Initium jejunii nostri tamquam incensum aromaticum ad Deum ascendat, ne spiret odor occisionis in regione nostra hostibus tradita! Universae acies nostrae afferat orationem plenam expiationis, ut omnes per gratiam annum benedictionum plenum accipiamus! Tota congregatio nostra excellat in jejunio remissionis pleno, ut totus annus pace, satietate, sanitate benedicatur! In jejunio largam remissionem tribuamus, ut in aestate multam salutem accipiamus! In jejunio coangustatis auxilium feramus, ne angustiae nobis multiplicentur! Jejunium per suas hebdomades sancte observetur, ut annus nobis per suas menses



- ص١٥٦٦ ن١٥٦ لاحت١٦.      ولا ن١٥٦ ل١٥٦٦.  
 ص١٥٦٦ ص١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ص١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 20 ص١٥٦٦ ن١٥٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ص١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 ص١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 ص١٥٦٦ ن١٥٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ن١٥٦ ل١٥٦٦.  
 ص١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 30 ص١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 ص١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 ص١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 ص١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 40 ص١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 لا ل١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 لا ل١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 لا ل١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 لا ل١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 50 ص١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 ص١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.  
 ص١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.      و١٥٦٦ ل١٥٦٦ ل١٥٦٦.

18) J. ص١٥٦٦.

22-23) desunt in cod. D.

31) D. ل١٥٦٦.

39) J. ل١٥٦٦.

benedicatur! In jejunio implete vota vestra, ut aestas  
 fructibus impleatur! In jejunio seramus eleemosynas, 20  
 ut aream et torcular plenum inveniamus! In jejunio  
 bona opera exhibeamus, ut nobis nova ad vetera ad-  
 dantur! In jejunio deleamus usuram, ne deleamur e  
 regione nostra! In jejunio syngraphas obliteremus,  
 ne agri nostri devastentur! In jejunio remittamus in-  
 vicem debita nostra, ne cogamur egressi patriam relin- 30  
 quere! In jejunio scindamus syngraphas, ne scinda-  
 mur a praedonibus! In jejunio libere dimittamus  
 vinctos nostros, quos atramento vinximus! In jejunio  
 aperiamus inclusis, quos tabulis inclusimus! In jeju-  
 nio suscitemus mortuos, quos foenore sepelivimus! In  
 jejunio vivificemus pauperes, quos usuris quasi inter- 40  
 fecimus! Ne jejunemus sicut impii, qui jejunant et  
 corpora devorant! Ne similes fiamus Hebraeis, qui  
 in jejunio suo occidebant, si quidem abstinentiam horum  
 mendacium omnino nomine jejunii honorare licet. Deus  
 enim procul rejecit jejunium et orationes eorum. Je-  
 junant et usuram comedunt; orant et foenus bibunt. 50  
 Ab una vespera usque ad alteram jejunant et carnem  
 pauperum devorant. Si fratrem tuum atramento vinxisti,  
 cur nigris vestibus vestiris? Si dorsum ejus  
 tabulis incurvasti, cur collum tuum orando incurvas?  
 Si colorem faciei ejus foenore pallidum effecisti, cur

- صعف حر سيه صقيلًا . هعصف زهفو صقيلًا .  
 هعصفهسه رهله صقيلًا . هعصف رهفو صقيلًا .  
 60 اجله صبهوه صوصدا . هافلده خفزا امر سما .  
 اهزبه اتقا صاهيذا . هاهبه وطلا لا لاهبه .  
 مصتق قفرا صقيلًا . هاهبه علمي زلخفا .  
 صيرزا افه صهقتا . هاهبه سزفا لا زاجله .  
 ذصدا اخلده ساذا . هاهبه ذخيرا لا لسهوا .  
 70 صوهدا لفا صخهيرا . ولا لاهزهبه لهصيرا .  
 صوهدا لفا ذوصفا . ولا لاهزهبه زاهيرا .  
 صوهدا نفصه كرهصيه . وهيرا صله لا زهصه .  
 صوهدا نفصا كرهصيا . واهذا صرعه لا زوهوا .  
 صوهدا لصف كاهكتسا . ولا زاهكب له هوسدا .  
 80 صوهدا لفا صهقتا . ولا لاهزهبه لهصيرا .  
 لاهصم ساقتا صلده . واهف صلف صاهسهقهسهه .  
 لاهصن صله اوصلدا . ولا لسهوا له صلهذا .  
 لا لاهصن صله صاهدا . ولا لاهصن اهذا لاهدا .  
 لا لاهيذا صله لهصمدا . ولا لاهزهبه صله صاهدا .  
 90 لا لاهصا صصا صصدا . ولا لاهوا هصفا صريرا .  
 لا لاه لاهزهبه صصهيرا . ولا لاهيهزهبه صصها صاهدا .

61) D. صهيرا .

64) J. هكرا .

74) J. لاهصن .

78) J. زاهكب .

88) J. لاهصن .

color tuus ob jejunium pallescit? Si carnem ejus  
 usuris comedisti, cur pulverem manducas, sicut serpens?  
 Homines sygraphis vincti sunt; quomodo ergo vin- 60  
 culis evadere poterimus? Cadavera tabulis sepulta  
 sunt; quomodo ergo cadavera nostra sepulturae man-  
 dabuntur? Foenus comedit pauperes, quidni ergo  
 gladius nos comedet? Usura vendidit ingenuos; quo-  
 modo ergo servitutem effugiemus? In jejunio decimas  
 praestemus, ne alieni nos deciment! In jejunio op- 70  
 pressos liberemus, ne mercatoribus vendamur! In  
 jejunio saturemus esurientes, ne ipsi esca avium fiamus!  
 In jejunio potemus sitientes, ne terra sanguinem nostrum  
 absorbeat! In jejunio vestiamus nudos, ne aves nos  
 excoriant! In jejunio sepeliamus pauperes, ne alieni- 80  
 genae nos obsessione cingant! Maneant orphani inter  
 nos, ut unusquisque nostrum in finibus suis remaneat!  
 Habitat vidua apud nos, ne nos accolae in terra aliena  
 fiamus! Ne transgrediamur justitiam, ne nos oporteat  
 transgredi de altera in alteram regionem! Ne aberre-  
 mus a gratia, ne judicemur a justitia! Ne exercea-  
 mus depraedationem in pace, ne abducamur captivi in  
 desertum! Nemo alium vi abducat, ne exercitus in 90  
 regione nostra violenter agat! Manducemus panem  
 humiliationis, ne gladius de nobis manducet! Effun-



damus lacrimas in oratione, ne sanguis noster in regione nostra effundatur! Tegamur vestibus lugubribus, ne obfuscetur color faciei nostrae! Tristitiam animique demissionem induamus, ne saccis in captivitate cooperiamur! Nemo socio damnum inferat; sat enim multa imminent omnibus damna. Nemo sodalem molestia afficiat, quia undique cunctos angustiae premunt. In finibus nostris rex ethnicus adest. Locustae terras nostras depascunt. Agareus velut lupus famelicus in ipsis regionibus nostris latrocinatur. Tres illas plagas, quas vidit David, ob peccata nostra simul accepimus. Ecce enim bellum, fames, pestilentia tamquam exactores nobis minantur. Vita nostra pendet quasi in lancibus librae, quemadmodum scriptum est. Si gratia defecerit, justitia ascendet nosque devastabit. Si rex ethnicus veniet, corpora nostra avibus projiciet. Si locusta abominabilis adveniet, separabit animam a corpore nostro. Si lupus famelicus adveniet, dilaniabit membra corporis nostri. Si praedo nos depraedabitur, omnes possessiones nostrae evacuabuntur. Eligamus illud, quod etiam David sibi elegit, nempe ut de lecto ad sepulcrum auferamur, non vero, ut rex ethnicus nos captivos abducat, qui in expugnatione misericordiam non adhibet. Qui enim sine Deo est, gladium etiam gerit misericordia carentem. Servi ejus adhuc ipso crudeliores sunt, aspides, quae incantatio-



nem non curant. Populus evulsus et eradicatus terram nostram invadere studet. Peccata regionis nostrae paganum instigaverunt, ut in fines nostros adveniret. Aperiamus igitur portas nostras egenis, ut portae coram illo claudantur! Multas demus eleemosynas, ut multa illi tribulatio paretur! Omnibus abunde dimittamus debitoribus nostris, ne ille regionem suam relinquat et ad nos adveniat! Deleamus foenus et usuram, ne coram illo evanescamus! Usura enim occidit debitorem, sicut Jael Sisaram. Samson septem funes humidos, quibus vinctus erat, confregit; sed unicus ille funis aquae nigrae, quae super syngrapham effunditur, vincit debitorem et heredes ejus, tamquam restibus firmissimis. Culpa, quae in syngrapha movetur, mortem super capita nostra adduxit. Usura, quae in tabulis exigitur, gladium contra animas nostras evocat. Quia justis fines praescriptos transgressi sunt, ethnici convocati sunt, ut nos invaderent. Quia gratiam rejecimus, ecce justitia nos castigat. Quia nemo aviditatem vituperat, ecce increpat nos justitia. Quia liberum arbitrium nostrum se ipsum reprehendere noluit, ecce castigatio divina nos reprimit. Quia mors syngraphas implantavit, ecce mors implantatur super capitibus nostris. Quia gladius acuitur in tabulis debitorum, ecce acuitur ensis contra colla nostra.

Oret sacerdos cum diaconis suis, ut mortem per gladium non gustemus! Oret grex pascuae nostrae,





ut signum irae non videamus! Orent omnes simul,  
ut moriamur morte communi omnium, nec experiamur  
mortem per captivationem, quae aliis omnibus mortis  
generibus horribilior est! Ne videamus areas corporum,  
nec acervos cadaverum! Ne videamus messim gladii,  
nec decerptionem infantium tenerorum! Ne videamus 180  
nubes sanguinis, pluentes super ora gladiatorum! Ne  
audiamus sonitus horribiles, clamorem et gemitum per-  
cussorum! Ne videamus fulgura terribilia, gladios  
cadentes super vivos! Ne videamus grandinem irae,  
securas corpora scindentem! Ne videamus nubes mor-  
tis, arcus pluviam sagittarum emittentes! Ne audia- 190  
mus vocem canis silvatici, chordam nempe et arcum  
ululantes! Ne videamus, Domine, tenebras, silvas  
lancearum exaltatarum! Ne videamus nebulam terri-  
bilem, hastas excelsas sicut cedros! Ne videamus  
aquilas famelicas, tela volantia in nubibus! Ne videamus  
armaturam fulgentem et splendorem solis obfus- 200  
cantem! Ne videamus infantes sub unguibus equorum  
contritos! Ne videamus matres sub pedibus elephan-  
tum collisas! Ne videamus puellas ab equitibus com-  
minutas! Ne videamus virgines a pedibus elisas!  
Ne videamus, Domine, juvenes in altaribus idolorum  
mactatos! Ne videamus, Domine, adolescentes in 210

- لا نسا مخرب كالحقنا. ومدا لقصه مدومدا متاوا.  
 لا نسا سقا ومرب. ومنا حسه كخوؤا.  
 لا نسا مخرب سقا. ومدا بيقه صه ققلنا.  
 لا نسا صوما وراف. ققوا هجوا واتا.  
 220 ولا نسا صلا ونا. صوما هونا ومهنا.  
 لا نسا سهما ونف. مصقرا مذبجا فام.  
 لا نسا اتقا ومك. صوما هونا ومصوم.  
 لا نسا صوما وملا. مصوموا وناوب صا.  
 لا نسا صكنا ونوف. هوما وجمدا صه هه.  
 230 صوما ومه اوقا. صل خفا لا نسا.  
 صوما وسجله نسا. صل هقنا لا هه.  
 هونو ومخر ومجل. هوما لاؤا انا.  
 وكصر انا صوما صا. هوما صاقه صوم.  
 صومك ومم ممر ومم. صوما صوما وقل صه.  
 240 صل ومه صوم ك احمه. اسونا وهاب ومقدا.  
 صا انا وموم ومم. صومنا هه صوما.  
 صا انا وموم ومم. ومم ومم هه.  
 صا وموم صل صوما. هلا الف هاب ومقدا.

<sup>214</sup>) J. |جمومدا|.

<sup>228</sup>) D et J in marg. صا explicant per صا.

<sup>241</sup>) J. وموم.

<sup>244</sup>) Cod. J. post صوم in margine addit explicationem

honorem daemonum immolatos! Ne videamus senes  
 projectos et a galeariis contritos! Ne videamus, Do-  
 mine, matronas a famulis elisas! Ne videamus fulgur  
 scindens jecur et cor hominum! Ne videamus ele-  
 phantem incedentem in sanguine et adipe cadaverum! 220  
 Ne videamus equum accurrentem et cadaveribus innixum  
 stantem! Ne videamus homines respersos sanguine et  
 tabe sociorum suorum! Ne videamus mortem terri-  
 bilem et castigationem cor ferientem! Ne videamus  
 regem fugientem et cornu exercitus locum suum re-  
 linquens!

Haec omnia, quae justi viderunt, non videamus 230  
 nos peccatores! Haec, quae sanctis portanda erant,  
 nobis ingratis non imponantur! Tuum corpus et san-  
 guis, quae sumpsimus, auxilio fiat regioni nostrae!  
 Crux Tua, haec armatura vincens omnia, causam agat  
 aciei nostrae! David suo tempore omnes scissuras  
 populi sui curavit. Quis autem daret nobis alium illi  
 similem, qui restauraret scissuras nostras! Ubicun- 240  
 que ira divina inter Hebraeos calamitatem adduxerat,  
 Moyses eam reparavit, et ubicunque magna institit  
 castigatio, David accurrit seque in oratione prostravit.  
 Ecce autem inter nos peccatum ubique scissuras effecit,



quas tamen nemo restaurare studet. Ecce elevatus  
 est baculus justitiae, sed nemo se humiliter extendit.  
 Sacerdos plebi similis factus est, et plebs rursus malum 250  
 sibi exemplum a sacerdote desumpsit. Externi in in-  
 ternos respexerunt, ita ut totus mundus in saeculi  
 studium inciderit. Vineae et oliveta coluntur, sed cul-  
 tura justitiae negligitur. Segetes in agris seminantur,  
 sed nemo mandata scripturae perficit. Omnes vias  
 suas prosequuntur, sed nemo peccatis suis valedicit.  
 Curam sui ipsius unusquisque agit, sed cura pauperum 260  
 negligitur. Nemo redarguit aut reprehendit, quia ipsi  
 praesides pessimum praebent exemplum. Nemo admo-  
 nitionem salutarem accipit, quia reprehensibilia in ipsis  
 magistris cernuntur. Pastores facti sunt agricolae,  
 gregum possessores, praediorum domini. Unicuique  
 sua tantum domus curae est, gregem vero non curat.  
 Sacerdotes facti sunt negotiosi, et unusquisque de suo 270  
 tantum cogitat commodo. Sollicitudo gregis omittitur  
 et res familiaris sollicite curatur. Pastores pro grege  
 negotiationem suam prosperare student. Nemo zela-  
 tur, ut alios in sollicitudine gregis praeveniat et ante-  
 cellat. Aliud in nobis movetur fermentum, nempe  
 quis prae alio excellat in re familiari promovenda.  
 Totam gloriam nostram in eo collocamus, ut plus aliis  
 possideamus. Pastor, qui gregem irrationalem pascit, 280  
 per totam noctem vigilando et gregem custodiendo  
 sollicitus est, ut mane gloriari possit. Quomodo ergo  
 sacerdoti, qui animas pascit, gregem suum negligere  
 licebit? Si enim vel unica anima perierit, anima  
 ipsius pro ea quaeretur. Elegimus nobis ambitionem

- וְשִׁמְעֵי עֲמֹדָיָהוּ . אֲחֵשׁ מִלֵּוֹת מִמֶּלֶךְ .  
 עֲמֵלֵי מִיָּדָיו בְּחִלְתָּהּ . אֵלָּא תִּלְמַד לַעֲתִידָהּ .  
 עֲמֵלֵי בְּחֵן שִׁמְעֵי . אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ .  
 שִׁמְעֵי בְּחֵן תִּתֵּן . אֵלָּא חֲמֵי מִמֶּלֶךְ .  
 300 שִׁמְעֵי מִיָּדָיו עֲמֵלֵי . אֵלָּא מִיָּדָיו בְּחֵן שִׁמְעֵי .  
 עֲמֵלֵי בְּחֵן חֵן אֵלָּא . אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ .  
 עֲמֵלֵי בְּחֵן שִׁמְעֵי . אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ .  
 עֲמֵלֵי בְּחֵן שִׁמְעֵי . אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ .  
 310 עֲמֵלֵי בְּחֵן שִׁמְעֵי . אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ .  
 עֲמֵלֵי בְּחֵן שִׁמְעֵי . אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ .  
 עֲמֵלֵי בְּחֵן שִׁמְעֵי . אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ .  
 אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ . אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ .  
 320 אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ . אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ .  
 אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ . אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ .  
 אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ . אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ .  
 אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ . אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ .  
 330 אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ . אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ .  
 אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ . אֵלָּא מִיָּדָיו אֲשֶׁר מִמֶּלֶךְ .

<sup>328</sup>) Cod. J in textu habet ׀מִלֵּוֹת, quo cod. D verbum  
 ׀מִלֵּוֹת in margine explicat.

dominatus, sed insuper etiam avaritiam. Amamus 290  
 gubernationem, sed praeterea etiam mammonam.  
 Baculum pastorem assumimus, sed noxia non abigi-  
 mus. Gregem suscipiendum quaerimus, sed pastorem  
 ejus negligimus. Sollicite nitimur, ut inspectores  
 fiamus, sed oculus noster in mammonam prospicit.  
 Sal, quo insipidi condiendi sunt, inter curas saeculares 300  
 conteritur. Urbs supra montem aedificata in profun-  
 ditatem terrae cecidit. Lucernae, qua multi illuminandi  
 sunt, lumen terrae obruitur. Magister, qui divitias  
 suas in coelo habere debet, thesauros suos in pulvere  
 collocat. Sacerdos, per quem multi ditandi sunt,  
 post aurum currit. Pontifex, qui aliis dare debet,  
 terra marique mendicans circumvagatur. Pastor, 310  
 cui grex pascendus est, non novit aegritudinem ejus.  
 Doctor, quem insipientes docere oportet, ipse nescit,  
 quam doctrinam acceperit.

Unde venit haec doctrina tua? Dic nobis, ut  
 nos edoceas! Explica nobis, utrum a prophetis an  
 ab apostolis tibi tradita sit! Vel si Dominus tuus  
 hanc tibi viam monstravit, enarra nobis secundum veri- 320  
 tatem! Si autem novus quidam dominus te emit,  
 nomen primi domini contumelia affecisti. Si autem  
 ob patientiam et longanimitatem ejus putas, eum om-  
 nino rationem a te non quaesitum esse, in fine disces,  
 rem non ita se habere, quando ille abscondita manifesta-  
 turus est. Si servus Christi haberi vis, noli tuam





propriam voluntatem quaerere! Si ille pro te vestem 330  
 ludibrii indutus et contumeliam passus est, tu quoque  
 pro eo induere saccum contumeliae et humiliare!  
 Magnus ille pro te usque ad exinanitionem se humilia-  
 vit; ergo tu quoque, o contemptibilis, humiliare te  
 pro eo saltem usque ad aequales tuos! Filius Regis a  
 servo verberatus est, quin clamaret aut irasceretur;  
 ergo tu verbera socii tui tolera et sustine, si injuste 340  
 contra te agit! Ille suscepit clavos et siluit; suscipe  
 igitur contumeliam et sile! Ille tulit pro te convicia  
 populi sui; tu quoque perfer pro eo irrisionem hominum!  
 Ille non recusavit sputum, ut te ab immunditia tua  
 lavaret; tu ergo calumnias sustine, ut bona promissa 350  
 possideas! Ille bajulavit crucem, ut illam in scalam  
 coeli mutaret; tu quoque sustine passiones, ut ad altum  
 gradum eleveris! Illum sine culpa crucifixerunt, ut  
 culpam Adami expiaret; crucifige te ipsum ob culpam  
 tuam, ut ille te Patri, a quo missus est, reconciliet!  
 Coram vivificatore genuflexi clamaverunt: „Salva te 360  
 ipsum“; tu ergo pro vita tua genua flecte coram fratre  
 tuo, ut per humilem hanc reverentiam te ipsum salves!  
 Dominus tuus coram Pilato non de se ipso testatus est,  
 se esse regem; tu quoque non te ipsum justum prae-  
 dica, si virtutibus excellis! Illud, quod Pilatus scrip-  
 sit, nempe eum regem esse, non ab ipso audivit; a te  
 quoque nemo propriam laudem tuam audiat, ut inscri-  
 baris inter cives regni coelestis! 370

משה ומהנהגה ליה.      סעטר חרז ליה.  
 וזה מהנהגה ליה.      סעטר חרז ליה.  
 ענין בן יונה.

## XV.

ומהנהגה ליה ומהנהגה ליה  
 ומהנהגה ליה

- 1      רחוקה ורחוקה ליה.      סעטר חרז ליה ליה ליה.
- חרז ליה ליה ליה.      ומהנהגה ליה ליה.  
 חרז ליה ליה ליה.      ומהנהגה ליה ליה.  
 חרז ליה ליה ליה.      ומהנהגה ליה ליה.
- 10      חרז ליה ליה ליה.      ומהנהגה ליה ליה.  
 חרז ליה ליה ליה.      ומהנהגה ליה ליה.  
 חרז ליה ליה ליה.      ומהנהגה ליה ליה.  
 חרז ליה ליה ליה.      ומהנהגה ליה ליה.

XV. Invenitur in cod. addit. Mus. Brit. 14591, p. 33 (K) et in ejus apographo cod. Vatic. 117, p. 323 (L), cujus lectiones variantes ob certas rationes interdum annotavi.

<sup>13)</sup> L. ומהנהגה ליה.

<sup>14)</sup> Litera ך ante vocem ומהנהגה postea addita videtur in cod. K.

O sacerdos et pontifex sancte, in nomine tuo servetur grex tuus! O doctor et pastor vere, tuo nomine signatus est grex tuus.

Finis sermonis de jejunio.

## XV.

### S. ISAACI CARMEN DE VIGILIIS ANTIOCHENIS ET DE EO, QUOD BONUM EST CONFITERI DOMINO.

Unda meditationis in me irruit meque de altero 1  
 loco in alterum propulit, jam quidem in insulam illam  
 terrestrem, quae in mari arenae sita est, jam vero ad  
 pulchram Graecorum urbem, quam ex Oriente ad mare  
 occidentale profectus intraveram. Per mensem Canon,  
 quo musica incolis somnum auferre solet, audiveram  
 ibidem in omnibus noctibus sonum cithararum, hydrau- 10  
 larum, symphoniarum, quae ante palatia principum  
 alte sonabant. Quamquam hoc tempore valde dulcis  
 habetur somnus, nihilominus musica libenter audieba-  
 tur. Sonus jubilans cornuum somnum devicit. Immo  
 pedes quiete sine tumultu incedebant, ita ut gressus  
 ambulantium non audirentur, omnisque prorsus strepi-  
 tus per silentium abigebatur, quo attentius homines



auditu citharae delectari possent. Tota urbs uni ta- 20  
 bernae similis erat, et per lusus musicales nox in diem  
 mutabatur. Omnes varias sibi melodias excogitabant  
 et discebant, ut unusquisque per vocem suam delecta-  
 retur et per cantum suum gaudio afficeretur. Ora bucoli-  
 corum cum citharis certabant et voces tragoedorum lyras 30  
 superare conabantur. Mensis hic Canon urbi differentias  
 dignitatum rursus in memoriam revocabat. In nulla  
 enim ex noctibus ejus extincta est musica sub fenes-  
 tris judicum et ante portas principum. In omni nocte  
 ordinata sunt instrumenta tamquam corpora musicalia.  
 Parum certe deest hydraulae, quin homo esset. Ser- 40  
 mone tantum rationali homo citharam superat. Simi-  
 lia sunt instrumenta musicalia hominibus sermone atque  
 ratione carentibus. Coarctantur chordae eorum, quasi  
 loqui desiderarent; immo, si a loquentibus pulsantur,  
 ipsa quoque speciem quandam sermonis et rationis  
 accipiunt. Promptam orationem enarrare volunt, sed 50  
 deficit lingua ad eam articulandam. Voces eorum  
 similes sunt voci hominis, qui narrationem mente con-  
 ceptam eloqui vult, sed labiis linguaque destituitur.

Hoc modo miseri diem anticipantes ante palatia  
 divitum canunt et vigilias molestas peragunt, ut super-  
 bis adulentur. Lingua jungitur cum ambuba, et 60  
 labia cum hydraula, ita ut concentus utrobique latens  
 conjunctus et unitus in altum ascendat. Hydraula



sono suo alto sustentat voces illorum tenues uniturque  
iis, ut cantus eorum usque ad summitatem palatiorum  
pervenire possit. Sensu et sermone carens conjungitur  
cum rationalibus, ut vox eorum longe lateque audiatur. 70  
Mirabilis erat dulcis harmonia, quam tunc audiui.

Illic autem quadam nocte, cum suavi somno im-  
mersi essemus, hydraula alte sonuit, ita ut, ea audita,  
perterritus evigilarem. Tum ego et fratres, qui mecum  
erant, extemplo ad officium persolvendum surreximus,  
occurritque nobis psalmus, qui occasioni optime con- 80  
veniebat. Postquam voci inani malediximus, dulcis  
venit psalmus, qui instrumenta a voluptate ordinata  
his verbis vituperare conatus est: „Bonum est confi-  
teri Domino et psallere nomini Tuo, Altissime.“  
Inanis enim homini confitetur et nomini mortali psallit.  
Totus hic psalmus quasi ad pugnam praeparatus est. 90  
Gratia eum armavit, ut persequatur sonos despiciendos  
et ut tollat repellatque melodias perniciosas, quae  
mentes quietas ad lasciviam et insaniam excitant. In-  
veni lyram David eamque in manus sumpsi, ut eam  
pulsarem et sonos rabidos turpesque fugarem, qui spi-  
ritui Sauli comparandi sunt. Cantus filii Isai spiritus 100  
malignos fugare, daemoniacis intellectum insanisque  
mentem sanam reddere consuevit. Quando Saulo  
regi canebat, insanum illum mentis compotem reddidit.  
Fortasse autem David hunc ipsum psalmum coram







Saulo cecinit : „Bonum est confiteri Domino“, et non tibi, rex temporalis, „et psallere nomini Altissimi“, 110 quasi dixerit, et non isti filio Cis. Saul miser non intellexit David hoc modo canentem; putavit enim, se ipsum ab illo celebrari, dum ille Domino psallebat. Putavit enim David, insanum nescire, quod laudes psalmi ad ipsum minime pertinerent. Fortasse etiam David haec verba coram Saulo solummodo sub labiis suis murmuravit. 120

Sed ad meam quoque admonitionem gratia haec verba destinavit : „Bonum est confiteri Domino et psallere nomini Tuo, Altissime.“ Vox enim illa dulcis hydraulae mentem meam ad se attraxerant, ita ut chordae lyrae animi mei relaxatae essent. Placuerat mihi musica et e recollectione mea evagatus eram. Tunc ergo apparuit hic psalmus et chordas meas relaxatas rursus adstrinxit. Eruit me de concentu illo, qui 130 me captivaverat, et subjugavit me admirationi de argumento suo. Tum cecini, quemadmodum scriptum est, spiritu simul et mente, et una cum recitatione etiam explicationem sensus degustavi. Dum lingua recitationem persolvebat, animus explicationem protulit. Consuetudo verba ordinavit, mens interpretationes 140 delineavit. Lingua et intellectus simul alligati erant, explicatio recitationem comitabatur; super his quatuor autem, tamquam super curru, animus quasi auriga surrexit. Impulit et direxit verba ita, ut sensus suos



monstrarent, ipsumque perspicue docerent, quomodo cantum perturbantem a se repellere posset.

*Bonum est confiteri Domino, nec ulla est gratia huic aequalis, et psallere nomini Tuo, Altissime, nec ullus est cantus huic similis. Ad annuntiandum mane misericordiam Tuam nos dignatus es, Domine, in vigiliis Tuis, ut noctu coram Te canamus et summo mane praeveniamus faciem Tuam. Annuntiemus ergo mane misericordiam Tuam et veritatem Tuam per noctem. Stulti enim, qui in Te non credunt, omnibus noctibus frustra defatigantur. Pulsabo decachordum, id est psallam Tibi omnibus sensibus meis, et extendam decem digitos manuum mearum, ut laudem majestatem Tuam. Quia delectasti me, Domine, in factura Tua, et in opere manuum Tuarum exultabo. Omnia creavit nutus Tuus, sed solus homo opus est manuum Tuarum. In me, quem plasmasti, exultabo, quia lyra Tua rationalis sum. Pro omnibus, quae creavit mandatum Tuum, in me, tamquam opere manuum Tuarum, exaltabor. Quam magnificata sunt opera Tua, Domine! Sed major illis est intelligens ea. Quia ergo intelligo, magnam esse creationem Tuam, major sum omnibus, quae creasti. Nimis profundae sunt cogitationes Tuae. Coepi Te perscrutari, sed nimis profundus es mihi. Nimis profundus es menti meae, et nimis occultum est mihi consilium Tuum. Non cognoscit vir insipiens, qui ante portam hominis canit, se hanc vigiliam salubrius ad vitam aeternam merendam adhibere posse, et stultus non intelligit, quanto pulchrior sit cantus noster prae cantu ipsius. Relinquit sortem praestantior*

- 190 . انه منيا منينا كلكر . هانوا كلكر منى انه .  
 نهنا منى اسر دهنا . هونى ههنا كلكر وانو كس .  
 كلكر صهه ومني اعر . هخرى جهلا ههنا صو .  
 هانوا وانو ولفه ههنا . هانوا ههنا منى ههنا ههنا .  
 لخر وانو ههنا . ههنا ههنا ههنا ههنا .
- 200 اوى قلا قريما . هانوا ههنا فلك .  
 اوبهنا منينا اسر وهنا . ههنا ههنا ههنا ههنا ههنا .  
 ههنا ههنا ههنا ههنا . ههنا ههنا ههنا ههنا ههنا .  
 هانوا ههنا ههنا . هانوا ههنا ههنا ههنا .  
 ههنا ههنا ههنا ههنا . ههنا ههنا ههنا ههنا ههنا .
- 210 ههنا ههنا ههنا . ههنا ههنا ههنا .  
 ههنا ههنا ههنا . ههنا ههنا ههنا ههنا .  
 هانوا ههنا ههنا . هانوا ههنا ههنا ههنا .  
 ههنا ههنا ههنا ههنا . ههنا ههنا ههنا ههنا ههنا .  
 ههنا ههنا ههنا ههنا . ههنا ههنا ههنا ههنا ههنا .
- 220 ههنا ههنا ههنا . ههنا ههنا ههنا ههنا .  
 ههنا ههنا ههنا ههنا . ههنا ههنا ههنا ههنا ههنا .  
 ههنا ههنا ههنا ههنا . ههنا ههنا ههنا ههنا ههنا .  
 ههنا ههنا ههنا ههنا . ههنا ههنا ههنا ههنا ههنا .  
 ههنا ههنا ههنا ههنا . ههنا ههنا ههنا ههنا ههنا .
- 230 ههنا ههنا ههنا . ههنا ههنا ههنا ههنا .  
 ههنا ههنا ههنا ههنا . ههنا ههنا ههنا ههنا ههنا .

et vanitatem cantu suo celebrat. *Tu, Domine, altissimus es in saecula* et tribuis praemium aeternum. *Peccator autem sicut foenum evanescet*, et qui eum can- 190  
 tibus celebravit, remuneratione sua fraudabitur. *Inimicus Domini peribit et dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.* Qui ergo canit, ut illos delectet, laborem inutilem, remuneratione carentem peragit. Laborat in cantu inani et cessat a laudatione Tua. Omittit sonos sacros et colit musicam profanam. *Exal-* 200  
*tasti cornua mea sicut unicornis et impinguasti me oleo suavi. Viderunt oculi mei salutare Tuum, et aures meae audiverunt repromissionem Tuam. Justus enim ut palma florebit et sicut cedri Libani germinabit, quarum folia nunquam decidunt et quarum splendor non evanescit. Plantatus enim est in domo Dei et in atrijs eius sanctis, ubi Spiritus super eum fertur eumque* 210  
*suo flatu potat. Per cantum Spiritus crescit et progerminat sicut cedri Libani. Adhuc in senectute sua nova germina profert, quia e melodijs illis novam juventutem imbibit; fitque pinguis et suavis, quia mysteria Spiritus sancti audit. Annuntiat, quoniam justus est Dominus et praemium reddet iis, qui in ipsius honorem vigilias peragunt. Quamquam omnipotens est et abs-* 220  
*que timore praemium denegare posset, tamen non est iniquitas in eo, ita ut injuste nos remuneratione fraudaret.*

Laudemus Christum, qui nos a rebus inanibus retinuit, nobisque sanctas vigilias cum psalmodia spirituali tribuit! Haec primogenitura nobis obtigit. Gratias ergo agamus, fratres, quia eodem cum spiriti-

كلتمسا فلما وفلما .      كل اوله لقصه لقصه .  
 معيه ملتقم اف حصه .      وبسلك زه صرحقا .  
 حصه ملتقم كلولج .      اذا كملما لا لسا .  
 لقصه سا صفا لقصه .      240      وطف مقله لقصه .  
 كل صفا لقصه .      قسقا لقصه اء اعلى \*  
 حجر .

286) L. بسلك .



bus coelestibus ministerio dignati sumus! Officium enim nostrum alas eorum mystice repraesentat. Extollite voces vestras in vigiliis, ut ad palatia coelestia <sup>230</sup> perveniant et Christum, regem regum, in habitaculo suo celebrent! Adstringite chordas vestras et jubilate, ut jubilatio nostra jungatur cum ea Angelorum, nullusque silentio locus remaneat inter voces illorum et nostrum! Dignetur nos vita aeterna, ut in adventu Christi a dextris ejus inveniamini, et me per inter- <sup>240</sup>cessionem dilectorum ejus misericordia a peccatis mundet! Etiam, Amen!

Finis.





-----  
**Gisae, typis Guil Keller**  
-----

# S. ISAACI ANTIOCHENI,

DOCTORIS SYRORUM,

## OPERA OMNIA

EX OMNIBUS, QUOTQUOT EXSTANT, CODICIBUS MANUSCRIPTIS CUM  
VARIA LECTIO NE SYRIACE ARABICEQUE PRIMUS EDIDIT, LATINE  
VERTIT, PROLEGOMENIS ET GLOSSARIO AUXIT

DR. GUSTAVUS BICKELL,  
IN UNIVERSITATE OENIPONTANA S. THEOL. PROF.

PARS II.



GISSAE

SUMPTIBUS J. RICKERI

MDCCCLXXVII.

TYPIS GUIL. KELLERI GISSENSIS.



Handwritten text in Syriac script, likely a preface or introductory text.

**S. ISAACI ANTIOCHENI**

**OPERA OMNIA.**

Handwritten text in Syriac script, appearing to be a list of contents or a table of contents.

Handwritten text in Syriac script, likely a preface or introductory text.

Handwritten text in Syriac script, likely a preface or introductory text.

Handwritten text in Syriac script, likely a preface or introductory text.

XVI.

חַיִּים תְּהִיָּה חַיִּים מִלֵּא וְחַיִּים מִלֵּא. חַיִּים מִלֵּא  
וְחַיִּים מִלֵּא אֵלָּא חַיִּים מִלֵּא. וְחַיִּים מִלֵּא  
חַיִּים מִלֵּא מִלֵּא.

1 חַיִּים מִלֵּא אֵלָּא. חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא.  
וְחַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא. חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא.  
10 חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא.  
חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא.  
חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא.  
חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא.  
חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא.  
20 חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא.  
חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא.  
חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא.  
30 חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא חַיִּים מִלֵּא.

XVI. Hoc carmen cum quindecim sequentibus exstat in cod. addit. Mus. Brit. 14591, p. 105 (K).

<sup>12)</sup> Verba inde ab חַיִּים usque ad חַיִּים scripta sunt super rasuram.

<sup>14)</sup> Cod. חַיִּים.

## XVI.

CANTICA NOVA AD MODUM : SPONSA  
REGIS, CONTRA EOS, QUI SACRIFICII  
EUCCHARISTICI POST DIUTURNUM TAN-  
TUM TEMPORIS INTERVALLUM PARTI-  
CIPES FIUNT, A BEATO DOMINO ISAAC  
COMPOSITA.

In quodam psalmo (27, 2) Spiritus Sanctus per 1  
David haec de Filio David proclamavit : „Dum acce-  
dunt ad me mali, ut edant carnem meam, alii mali,  
qui in odium mei conspirant, ceciderunt et dejecti sunt.“  
Ecce typum rei novae! Gentes, accedite, comedite, 10  
quia mali osores, stulti nimirum Judaei, prostrati sunt!  
(Responsorium:) Deglutite hamum, ut in altum eveci  
pro hominibus angeli fiat!

Ille est semen benedictum, quod se propagavit in  
terra carnis, et radices egit in corporibus hominum, ut  
ea undequaque sibi devinciret, iisque in pulverem re- 20  
dactis inde progerminaret, et postquam ipsum usque  
ad locum suum benedictum pervenit, etiam glebam,  
e qua exortum est, eodem secum exaltaret, ubi exinde  
ambo simul implantabuntur. Est etiam hamus, pro-  
jectus in mundum, mare illud turbulentum, ut homines 30

בנפש אלה חתך בלא. וְעַל בְּעַלְבָּן. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. .  
 עֲלֵמָה אֵתָּה עֲלֵמָה. עֲלֵמָה. חָזַק אֵת עֲלֵמָה.  
 עֲלֵמָה עֲלֵמָה. בְּעַלְבָּן. חָזַק אֵת אֵת 40  
 עֲלֵמָה.

עֲלֵמָה חָזַק בְּעַלְבָּן. עֲלֵמָה חָזַק. בְּעַלְבָּן. .  
 עֲלֵמָה חָזַק. חָזַק עֲלֵמָה. עֲלֵמָה חָזַק. .  
 חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. . 50  
 חָזַק אֵת בְּעַלְבָּן. חָזַק אֵת עֲלֵמָה. עֲלֵמָה חָזַק.

עֲלֵמָה חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. עֲלֵמָה חָזַק. .  
 אֵת חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. . 60  
 אֵת חָזַק. חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. .  
 אֵת חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. .

חָזַק עֲלֵמָה חָזַק. חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. . 70  
 חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. .  
 חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. .  
 חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. . 80

חָזַק עֲלֵמָה חָזַק. חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. .  
 חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. . 90  
 חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. חָזַק עֲלֵמָה. .

ad turres excelsas coeli evehat; piscatores sunt gloriosi apostoli, rete vel navis est ecclesia piscatrix. Deglutite hamum, ut in altum eveci pro hominibus angeli fiat! Ecclesia est rete, quod Apostoli ad pisces capiendos in mare projecerunt; quod cum omnia piscium genera bona malaque collegisset et ad litus maris ascendisset, excussum est, ut mali segregati abjicerentur. Ecclesiam mali aequae ac boni intrant, sed in die secundi adventus segregabuntur. Eucharistia est esca domesticis fidei danda. Nemo ita eam comedat, ut socius alter praeter fas ab ea excludatur; sed simul in commune congregati de agno misericordiae manducemus! Si alter sumit, alter vero sumere renuit, separationem instituitis. Haeretici hoc modo sua conventicula, Ecclesiam egressi, separaverunt, quia unam eandemque cum ceteris doctrinam sapere nolebant. Alter ait: hoc rectum est, alter vero: haec mea praestat opinio. Exinde facta est confusio in perversa mente eorum, et egressi circumerrant miseri. Fili mi, si sententia\*) tua bona est, accedas quaeso, ut inspiciamus, qualem habeat firmitatem, et omnes tibi adhaereamus atque unum simus, absque separatione haeticorum modo, quorum unusquisque secundum propriam

---

\*) Haec vox, quam per *sententiam* vertimus, potest etiam reddi per *separationem* vel *discretionem*, ita ut ad illos alludatur, qui per intermissionem communionis se a fratribus separant vel qui ajunt, se ob propriam indignitatem corpus Christi discernere velle.





voluntatem ambulat nec cum altero concordat. Sed  
 veni, ut vel nos tibi adhaereamus vel tu nobis, et unum  
 corpus absque divisione membrorum fiat! Compara  
 omnes sententias in animo tuo ascendentes cum doctrina  
 Ecclesiae; si ei concordant, retine illas; si secus, rejice 100  
 illas! Ecclesia est enim te veracior, quia indefectibilis,  
 perfecta et excelsa est. Si sententiam tuam apud an-  
 gelos, non vero apud Ecclesiam inveneris, noli eam  
 retinere! Dominus creationis magnum convivium egen- 110  
 tibus praeparavit, ad quod solos caecos, claudos, mortales  
 invitavit; divites autem et sanos non vocavit per servos  
 suos. Qui mortalis et egenus est, accedat; immortalis  
 vero haud intret! Noli statim pertinaciter inhaerere 120  
 opinioni in te natae, nisi eam inveneris in Ecclesia et  
 in libris legis divinae; deinde, si omnes prophetae testi-  
 monium reddiderunt sententiae isti tuae, assensum  
 praebeas ei et infigatur cordi tuo! Si autem sententia 130  
 tua in thesauris Sacrae Scripturae non invenitur, noli  
 eam prudentem putare! Secus enim infirmaretur vir-  
 tus legis divinae et decisionum ejus, si tu ex corde tuo  
 secundum proprium arbitrium tuam sententiam effu-  
 tires. Num forte frustra sacri auctores scripserunt ver- 140  
 baque sua ad edocendum mundum proposuerunt?  
 Ambula in his, quae justi in libris suis scripserunt, et  
 noli sophismata sequi!

## XVII.

בְּזֶמֶן הַזֶּה עָלָה.

- 1 אִם לְחַטְיָא בְּשַׁעֲרָא. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.  
 חַטְיָא מִיָּד עָלָה זְמַן. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.
- 10 וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.  
 וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.  
 אִלּוּ אֲחֵרָא.
- אֲחֵרָא מִיָּד עָלָה חַטְיָא. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.  
 חַטְיָא מִיָּד עָלָה חַטְיָא. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.
- 20 וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.  
 וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.  
 וְיִשְׁתַּחֲוֶה.
- לַעֲמֵד חַטְיָא חַטְיָא. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.  
 30 וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.  
 וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.  
 וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.  
 חַטְיָא מִיָּד עָלָה חַטְיָא. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.
- 40 חַטְיָא מִיָּד עָלָה חַטְיָא. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.  
 חַטְיָא מִיָּד עָלָה חַטְיָא. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.  
 חַטְיָא מִיָּד עָלָה חַטְיָא. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.  
 חַטְיָא מִיָּד עָלָה חַטְיָא. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.  
 50 חַטְיָא מִיָּד עָלָה חַטְיָא. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה. וְיִשְׁתַּחֲוֶה.

## XVII.

## CARMEN ALTERUM EJUSDEM MODI.

Tamquam discipulus doctorum et sapientum intel- 1  
 lige, quae recta sunt, eaque dilige! Noli vero sectari  
 inanes voces, auditiones, famas, quarum effigies in 10  
 Sacra Scriptura non invenitur! Fac hic ea, quae  
 scripta sunt; exinde si non ad gloriam perveneris, liceat  
 te, me in altera vita reprehendere! Utinam ea obser-  
 vares, quae tibi a majoribus injuncta sunt, utinam vel  
 unicum ex mandatis tibi impositis perficeres! Sed tu, 20  
 his relictis, ea facis, quae praepropere in corde tuo ascen-  
 dunt. Corpus tuum potu et epulis plenum est, anima  
 vero tua esurit et sitit. Qualis est ista discretio tua,  
 o insipiens! „Osculamini Filium omni tempore, ne forte  
 irascatur“, ita Propheta proclamaverat. Diabolus au- 30  
 tem, cum audiret, Spiritum Sanctum homines ad acci-  
 piendam Eucharistiam urgere, excitavit in nobis zelum  
 fallaciae plenum, ne nos ad Eucharistiam accederemus  
